BERNARDI SIEGFRIED ALBINI EXPLICATIO TABULARUM...

Bartolomeo Eustachi,
Bernhard Siegfried Albinus



Digitized by Google

2 - 85



Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

EXPLICATIO TABULARUM ANATOMICARUM BARTHOLOMAEI EUSTACHII,

ANATOMICI SUMMI.

Auctor recognovit, castigavit, auxit, denuo edidit.



LEIDAE.

Apud JOANNEM & HERMANNUM VERBEEK, Bibliop.

CIↃ IↃ CCLXI.



Digitized by Google

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

EXPLICATIO

TABULARUM

BARTHOLOMAEI EUSTACHII.


Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS

AUDITORIBUS SUIS

S. P. D.



Explicationem promissam à me, Auditores optimi, vobis non modo exhibeo, sed etiam dico, dedicoque. Quid enim fieri posset aequius, quam ut ad vos perveniat tota, quam, vobis morem ut gererem, caussaque vestra, & suscepi conficere, & absolvi? Ac vos quidem, qui per hos quatuor & viginti annos, ex quo tempore hac in Academia docui, operam mihi alii post alios dedistis; quum satis jam moveri possetis summis illis laudibus, quibus Eustachii tabulas viri extulerunt praestantissimi; assidua etiam commendatione mea adducti estis, ut, quando in anatomicis, quorum aliquid iis continetur, versaremini, in manibus eas semper haberetis. Sed, quemadmodum saepe & multum conquesti estis, impedimentum identidem intulit, atque à tabulis rejecit difficultas intelligendi illa omnia, quae exhibita in iis sunt: quippe quum nudae, absque ulla Eustachii ipsius expositione, praeter vulgatas octo primas, repertae sint; & ut summorum hominum opera, quam ad eas illustrandas contulerunt, adjumento sit in multis; ea tamen in multis quoque, inter quae non pauca sint perdifficilia, passim desideretur. Quo factum est, ut multi olim vestrum, quibus praesentibus, atque inspectantibus, corpora hominum pro demonstrationibus anatomicis quotannis secui, & rimatus sum, tabulis studiose adscripserint, quae tunc vel animadvertebant, vel à me requirebant: multi, quae in demonstrationibus ipsis laudari à me audiebant, & explanari. Atque ita non pauca quidem paulatim collegerunt; sed tamen tantummodo dispersim. Quamobrem ante multos annos, iis, quos ex vobis tunc temporis auditores habebam, petentibus, suscepi, ut publicis scholis, quas per anni academici decursum hic habemus, tabulas illas exponerem, brevibusque notis tan-

* quam

Digitized by Google

quam indicem earum perpetuum traderem : quem describere annisi sunt. Traditumque per manus adhibuistis, qui insecuti estis; atque ita, ut, quum anatomen vobiscum tractarem, eum confirmare, & augere, non destiteritis. Fuerunt deinde inter vos, qui, ut describendi labore socios studiorum suorum levarent, conservarentque, quae quidem interire non debere putabant, consilium edendi indicis illius ceperint. De quo quum ad me referrent, rogare ego, ut ab incepto desisterent: deberi enim hoc Eustachio; deberi aestimatoribus ejus; deberi utilitati publicae, ne quid nimium festinanter, imperfecteque agatur: fieri vix posse, ut, quae sic excepta sint, ac deinde ab aliis aliisque digesta, & aucta, satis habeant maturitatis. Quum instarent: ego, deberi etiam mihi, à quo acceperint; deberi vel maxime ab iis, qui acceperint. Tunc igitur petere, ut ejusmodi aliquid ipse emitterem. Ab eoque tempore instare non desierunt, & jure etiam quodam, ut sibi quidem videbatur, à me contendere, ut, quibus maxime admodum juvari posse studia sua docuerim, iis ut recte uti possent efficerem. Ne igitur deessem flagitationi eorum, aggressus sum non ad recognoscenda modo illa, confirmandaque, quae jam habebam collecta; sed etiam ad addenda, quae deficiebant. Quanquam animo satis prospiciebam, in multas magnasque incursurum me difficultates, indicem aliquem conficere si illa quidem accuratione vellem, quae, non dicam dignitati Eustachii, sed vestro studio, & meae saltem voluntati, aliquo modo responderet. Atque ita etiam evenit, ut praeviderам. Icones videlicet erant alienae; resque & permultas, & varias, inter easque etiam intellectu minime faciles, continebant: & conandum tamen erat, eas non jam alicubi, ad libitum electis quibusdam, sed ubique intelligere, atque interpretari. Quamobrem minime mihi mirum accidit, tantum me & temporis, & operae, non raro etiam permolestae, ea in re una consumsisse: maximeque comparando icones cum rebus ipsis; excutiendoque corpora hominum ad invenienda, quae minus erant in iconibus manifesta; quo certi quid, aut probabilis, proferre de iis possem. Quod tamen multo fecissem

Digitized by Google

ſem facilius, niſi efficiendum temporibus illis fuiſſet, quibus, quum fere ſola idonea ſint ad demortuorum corpora tractanda, ad incidenda ea, atque anatomicen, quod muneris mei ratio poſtulabat, tradendam, ut vos optimi teſtes eſtis, plane indigui: illis, quibus, quin praeterea alia multa ex illis iisdem corporibus, quod opportunum erat, colligerem, impetrare à me non potui. Acceſſit hoc etiam moleſtiae, quod, quum ſcrupulus aliquis reſtabat, ut ſaepenumero accidit; aut quum confirmare, quae animadvertiſſe me opinabar, cupiebam; ad eundem inſequentibus annis iterum ac ſaepius redeundum fuerit laborem. Et probe memini, nec diſſimulo, non pauca torſiſſe me diu. Ne dicam de recognoſcendis annotationibus, iisdemque digerendis; de ſcriptis Euſtachii toties perlegendis, quaerendoque in iis, quod lumen in tenebris praeferret; de evolvendis antiquorum ſcriptis, quamvis obſcura ſpe, ad cognoſcendum, an ferre aliquid opis poſſent; de conquirendis, & expendendis illis, quae à viris praeſtantiſſimis ſolertiſſimiſque ſuper his tabulis ſcripta ſunt; de conficiendis tabulis linearibus, notisque neceſſariis eis inſcribendis; de tabularum, deque tota denique operis editione curanda. Ad quae omnia, operoſa ſane, vix ſatis temporis ex tot aliis publicis privatiſque negotiis, quibus diſtentus fui, ſurripere potui. Quid multa? Rem, ut potui, perfeci. Ex qua opera, vobis libenter praeſtita, ſi quid alii etiam fructus ferent; ſi quid Euſtachius colluſtrabitur; id omne debebitur vobis, quod auctores fuiſtis, atque impulſores. Quamvis autem hic liber ſerius prodeat in lucem, quam quidem vos, qui me antea audiviſtis, voluiſſetis; mihi tamen illud perjucundum eſt, quod, quoniam ejus exſpectationem vos etiam nunc tenere intelligo, ſperare licet, omnes me & voluntatis meae hac in parte fructus, & induſtriae, non perdidiſſe. Gratulor vobis, hoc interim ſpatio non minus dignitate, quam commodis, fortunam plerorumque veſtrum creviſſe. Qui medicinam exercetis, vobis de laude gratulor, deque utilitatibus, quas peritia & induſtria veſtra vobis quotidie comparatis. Ad docendum adhibiti qui eſtis, vobis gratulor, quod provinciam, quam ſuſcepiſtis, tam egregie,

Digitized by Google

gie, tantaque cum celebritate sustinetis. Pergite bene de republica merendo fortunam vestram magis ac magis amplificare. Et vos, qui litterato otio multa cum dulcedine fruimini; vosque, quibus, quamvis aliis studiis dediti essetis, meis tamen interesse volupe fuit; pergite jucundissimos fructus studiorum vestrorum capere, ac percipere. Vobis autem, qui me cum maxime auditis; & vobis quoque, qui in posterum audietis, si qui audient; vobis, qui ad eandem laudem, quam superiores illi consecuti sunt, contenditis, eademque commoda spectatis, ut ea res fauste, feliciter, prospereque eveniat, precor. Viam anatomen colentibus vobis hoc opus promittit expeditiorem, certioremque. Ipsae equidem tabulae praeterquam quod accuratae sint, perspicuaeque, ac summo quodam judicio concinnatae, multaque contineant melius quam ab ullo alio exhibita; praeterea etiam esse vobis possunt epitome quaedam iconica, eaque & utilissima, & commodissima. Efficereque brevi hoc indice, quem accipitis, conatus sum, ut iis uti facilius possetis. Quod si quaepiam praeterea occurrant, quae animadversione digna esse videantur, ei illa, si placuerit, addetis. Ego quidem multa sciens praeterii, quod aut ex iconibus ipsis satis superque visa sunt apparere, aut, quae attendantur, minus digna esse: de quibus fieri poterit, ut aliter aliis videatur. Et satis provideo, non defuturos, qui alia atque alia ostendi putent, & contendant, quamdiu Eustachius ipse in ordinem non coget: quamvis tamen rejicere illa nolim, antequam cognoverim. Vos autem usu tractandoque cognoscetis, an satisfactum sit proposito meo, voluntatique vestrae. Volui aliquid quidem efficere certe, quo gratificari vobis omnibus possem: & si quidem, quod volui, quodammodo consecutus sum, satis mihi magna jam tributa merces est laborum, ac vigiliarum mearum. Valete! D. Leidae Batav. CIↃ IↃ CCXLIII.

A L-

Digitized by Google

A L B I N I

P R A E F A T I O.

ulta eorum, quae his in tabulis Euſtachius, anatomicus rarus, expreſſit, notiſſima ſunt; quae quivis, mediocriter rerum anatomicarum cognitione imbutus, facile cognoſcat: multa difficiles explicatus habent: quaedam ambigua: nonnulla vix interpretanda. Satis autem apparet pleraque omnia ex corporibus hominum ſumta eſſe; pauca ex animalibus aliis. Quocirca cupienti mihi intelligere res illas minus faciles, diligenter in corporibus hominum, & illorum animalium, quorum eſſe videantur, quaerendae inprimis fuerunt, ut, ſi qua in iis manifeſte invenirentur, omnis eo, quidnam ſignificetur, tolleretur dubitatio; ſin minus manifeſte, indicia tamen reperire ſtuderem, quae ad aliquam conjecturam faciendam pertinere poſſint. Quod quanquam me potiſſimum quidem juvit, eo tamen plus in totis his tabulis viſus mihi ſum intelligere, quo magis ſum modum, quo confectae ſunt, (niſi me fefelli) aſſecutus. Neque enim, puto, rerum imagines omni ex parte exquiſitas abſolutasque exprimere voluit; ſed tantummodo certa quaedam notare, quae in rebus illis animadverterit, aut proponere de iis in animum induxerit. Videre illud licet in ipſius explicatione tabularum, quae opuſculis anatomicis adjectae ſunt: idemque etiam in nuper inventis haud obſcure apparet. Quod, quo magis intelligatur, exponam paulo plenius.

Ac primum quidem, quod ad obſervationes attinet, vide quomodo, quae de *magnitudine* & *altitudine* poſitus renum obſervaverat, exhibuerit in tabulis, quae additae opuſculis anatomicis: itemque quae de *glandulis renibus incumbentibus;* quae de renibus tribus, *naturali uno*, *duobus praeter naturam;* quae de *vaſe urinario*, de rene urſino, de canino, de papillis renum, de venis & arteriis emulgentibus, de vena ſine pari, de venis aliis, de muſculo mallei, de valvula venae coronariae cordis, de *membrana* denique, *quae foramini venae cavae à jecore adſcendentis*, *cum primum haec*

Digitized by Google

in dextram auriculam degenerat, *praefecta est*. Illasque suas observationes accurate exhibuit; atque ita, ut icones descriptioni plane respondeant. Videsne in prima tabulae I. *renem dextrum*, quemadmodum in explicatione traditum, *esse majorem, quam sinistrum; parte superiore utrumque aequalem fere altitudinem habere; sinistrum enim nonnihil dextro esse elatiorem, inferiore dextrum sinistro esse humiliorem, & hoc evenire propter magnitudinem; cujus causa sinister altior dextro dici possit?* Videsne in eadem *glandulam reni dextro incumbentem*, *forma ei respondentem*, *majorem esse*, *quam sinistram?* in secunda autem *glandulas illas* esse *instar placentularum depressas, ac latas?* Necesse autem non est pluribus illius generis exemplis hoc facere longius, quum plena eorum sit ejus explicatio. Et in nuper quoque inventis tabulis sunt, quae aut plane, aut majorem partem respondeant quibusdam locis opusculorum anatomicorum. Est *urinarii meatus distributio*, IKLLLLLL tabulae XIII. Est *profundus venae axillaris ramus*, *n* tabulae XXVI. n°. II, & *x*: *x* tabulae XXV. n°. II, & *μ*: *μ* tabulae XXIV. n°. II. Sunt rami, *in quos interdum scindatur vena vertebralis*, opp tabulae XXVI. n°. II. Sunt venae lmnop figurae III. tabulae XXVII. Sunt venae s, t, u figurae ejusdem. Est vena, *quae azygae munere in sinistro latere fungitur*, w figurae VII. tabulae ejusdem XXVII. Est *humerariae vices gerens*, l figurae VIII. tabulae ejusdem. Sunt venae intercostales ab utroque latere superiores duae, t, t: u, u figurae XII. tabulae ejusdem. Est sternomastoïdeus, & cleidomastoïdeus, s, t: t tabulae XXXV. Est rectus lateralis capitis, Λ figurae XIII. tabulae XLI: & rectus internus minor, Ξ ibidem: & rectus internus major, Π ibidem. Est *deficiens sutura sagittalis*, d figurae III. tabulae XLVI. Est *lambdiformis*, d figurae VIII. tabulae ejusdem. Est ligamentum g figurae IX tabulae XLVII. Est sternum figurae XVIII. XIX. XX. XXI. tabulae ejusdem. Est *officulum circa radicem magni digiti manus locatum*, e figurae XXXIV. tabulae ejusdem: & *os*, *quo simiae abundant*, f ibidem. Sunt sesamoïdea, e, e, e, e, e figurae XXXVII. tabulae ejusdem. Velis, quaeso, ea considerare, cum iisque conferre, quae ex opusculis anatomicis addidi: invenies, quae in his descriptae verbis sunt observationes, expressas iis in tabulis esse.

Quum vero ejusmodi observationes reddere non posset, nisi

Digitized by Google

nisi quaedam praeterea, quae ad institutum suum non pertineant, simul cum iis exprimeret; expressit ea, sed minus curiose. Sic, quum renum *magnitudinis* & *altitudinis* differentias in tabulae I. figura I. II. & III, quantum quidem ad renes pertineat, exhibere tantummodo vellet; nec posset, nisi eorum quoque figuras adderet; addidit, sed generatim, satis habens quandam eorum formam dedisse. Et quanquam forma diversos dedit, ut, si quis minutius ac scrupulosius examinare velit, multas fortasse in iis differentias observet; tamen non nisi generalem quandam formam, nihil aliud, nisi *magnitudinis* & *altitudinis* diversitatem ostendendi caussa, proponere voluisse censendum est. Quo factum est, ut ab his renum formis renes in tabulis nuper repertis, in his iisdem, quas iis inseruit, iconibus, forma non mediocriter discrepent. Ni quis fortasse reperiatur, qui illis etiam differentiis aliquid significare voluisse contendere velit; ad quas, quamvis nihil quicquam de iis vel in explicatione, vel in tractatione de renibus monuerit, pertinere tamen possint, quae in tractatione illa, capite XV, agens de *inconstanti vasorum* emulgentium *dispensatione*, scribit. Ubi nimirum, postquam, *quae & qualisnam sit haec varia arteriarum venarumque dispensatio*, *in depictis tabulis huic libello adjunctis*, *apertissime cerni posse* scripsit; addit haec, quae pertinere ad differentias illas renum possint; *si enim omnia*, *quae in illis unico intuitu cuivis sub oculos subjici possint*, *oratione declarare tentaret*, *non solum longitudine orationis fastidium exhibiturum*, *verum etiam multo difficilius id executurum ac praestiturum; perspicuum enim esse quanto rectius oculis*, *quam auribus haec noscantur & percipiantur*. Obstaret tamen, ni fallor, hoc, quod nullam talium differentiarum mentionem fecit, neque in explicatione, neque in tractatione de renibus, ubi de renum figura agit, capite tertio: quum aliquid saltem dicturus de iis fuisse videretur; hoc certe, ex tabulis cognosci eas posse. Vereor potius, ne plerisque videar in re minime dubia operam frustra insumsisse. Sed erat tamen faciendum, quoniam, quod de renibus attuli, id ad reliqua quoque pertinet, atque aliquo momento esse potest ad tabulas, quas nudas accepimus, intelligendas: in quibus illius generis multa clarissime video; alia non obscure videre mihi videor.

Quaedam praeterea non tam eorum, quam alius alicujus

Digitized by Google

rei oſtendendae cauſſa exhibuiſſe videtur; ut glandulas renibus incumbentes in figura II. & III. tabulae III. De quibus apparere videtur, eas, ſi non tantummodo, at potiſſimum tamen exhibuiſſe, ut exhiberet, in ſecunda quidem *venam quae in glandulam illam inſeratur;* in tertia *venam quae inſeratur in illam glandulam*, & *unde poſtea ramus ad membranam pinguem egrediatur:* quae exhibere, niſi additis glandularum illarum figuris, ea perſpicuitate non poterat. Et quamvis à ſuperioribus magnitudine & forma differant; & in tractatione de renibus, capite VI, poſtquam de *longitudine* glandularum illarum, & *latitudine*, & *craſſitudine* dixerat, illa *omnia pro ratione ſuae figurae, quum ea una ſemper non ſit, non minimum quoque variare cerni* tradat: tamen, quum de illis nihil moneat in explicatione hujus II. & III, ut monuit in explicatione tabulae I. & II; etiam atque etiam ſuſpicor, glandulas illas in his, de quibus dico, tabulae III. ſecunda & tertia, additas vaſorum ſupradictorum cauſſa. Atque hoc ideo expendendum propono, ut illos, qui tabulas nuper repertas intelligere ſtudent, attentiores facerem ad talia quaedam in iis etiam ſuſpicanda; immo vero, quod multa ſatis manifeſta ſunt, cognoſcenda. Nonne enim ſic in tabula nona ſpeciem hominis ob hanc ſolummodo cauſſam adumbravit; aut, ſi id fortaſſe malis, ob hanc potiſſimum, ut in aperto capite, pectore, ventre, contenta iis commonſtraret? Nonne in tabulae XLI. figura I. & III, capitis ſpeciem, ob hoc, ut inſcriptos exhiberet muſculos? Nonne in tabula XIX. XX. XXI. XXIII. muſculos, oſſa, alia, totamque adeo figuram adumbravit, non niſi nervorum exhibendorum cauſſa? Nonne eodem modo in tabula XXII. XXIV. XXVI. cauſſa venarum & arteriarum? & in XXV. ſi non omnia, at pleraque tamen omnia? Nonne in muſculorum tabulis (paucis fortaſſe exceptis, ut figura XIII. tabulae XLI.) oſſa, partes externas, & quaedam alia, cauſſa musculorum? Mitto caetera ejus generis. Idemque ſine dubio inſtitutum in aliis quoque tenuit, in quibus ita apertum manifeſtumque non eſt. Certe argumenta ad probandum plurima certiſſimaque ſumi ex ipſo poſſunt: quorum aliqua in medio proponenda ſunt. Sic nempe in tabula I. & III, & in ſecundae figura III, & in quartae quinta, dedit quidem figuram portionis venae cavae; non autem, puto, ejus cauſſa. Sed, quum vellet venarum,

quae

quae emulgentes vulgo appellari ſolent, ortum à cavâ exhibere; quum aliarum quoque venularum; non potuit, quin cavae portionem tantam, quanta ad propoſitum illud neceſſaria erat, adderet: eamque adeo ſua in explicatione tantummodo indicat. Itaque etiam venam cavam in figura I. & II. tabulae II. longiorem à ſuperiore parte exhibuit, quam in aliis conſimilibus: indicaturus ſcilicet *ortum* in prima *venae à cava juxta hepar originem ducentis*, quae *partim dextrae glandulae reni incumbentis corpus perforat*, *partim ſuperficiem ejusdem perreptat;* in ſecunda, *venae à cava parum ſub hepate ortae*, quae *dextri renis glandulam perforat*. Anne igitur eadem mente in figura III. tabulae XXVII. cavam cum ſubclaviis addidit, non earum, ſed venularum, quae ab iis oriuntur, oſtendendarum gratia? Cujus quidem rei neceſſarium eſſe non videtur exempla plura addere, quod in oculos incurrunt per ſe.

Quin etiam non pauca ſunt, quae addidit, non quia exhibere illa voluerit, aut propoſita ratio ita poſtulaverit; ſed quia ad illas partes, quas exhibere neceſſarium erat, ita pertinent, ut praetermitti aegre poſſint. Colligere hoc inſtitutum ex ipſo haud obſcure videmur poſſe, quum in explicatione figurae VI. tabulae VIII, poſtquam, quae volebat, indicaverat, addit haec: *caetera, quae in hac figura continentur, ad praeſentem tractationem non pertinent*. Idemque etiam apparet ex re ipſa. Sic quum in figura I. tabulae I. portio aortae & cavae exhibenda eſſet, ſimul cum iis radices arteriarum ſpermaticarum, meſentericaeque inferioris, ac venae ſpermaticae dextrae exhibuit, non aliam ob cauſſam, niſi quod omittere eas vix poterat, quum aortae & cavae portiones illas exhiberet, à quibus emittuntur: quapropter in explicatione radices illas tantummodo indicavit. Idem animadvertere licet in figura I. & III. tabulae II. Eadem ratione in figura ſecunda tabulae ſecundae exhibuit radices arteriarum ſpermaticarum, ac meſentericae inferioris. Quae quum videamus, anne igitur idem cenſendum eſt de tot radicibus ſimilibus arteriarum, venarum, nervorum, quae exſtant in tabulis nuper repertis? & ni fortaſſe de omnibus, anne ſaltem de permultis? Confirmare illud magis poterit ipſius explicatio figurae I. II. & III. tabulae IV, & quinque primarum tabulae VIII: in qua quasdam ejusmodi radicum tantummodo quoque indicat; plerasque, quamvis exhibuerit, ſilentio praeterit.

Invenio praeterea quaedam exhibuisse, quae neque ad institutum suum pertineant, neque ad partes illas, quas exhibere necesse habuit, quamvis pertineant, ita tamen pertineant, quin omittere facile potuisset. Ut potuisset ureterem in tabulae I. figuris, & in quinta tabulae IV. Quum enim in iis, ut instituto suo satisfieret, renum quidem figurae necessariae essent, nihil autem figuris opus esset ureterum; potuisset integros ab illa parte renes, praetermissis nihil ad institutum suum pertinentibus ureteribus, exprimere: sicuti praetermisit in tabula XXV, & in figura IV. tabulae XII, quae est ipsa quinta tabulae IV, in qua addidit.

At contra multa, quae videri possint praetermittenda non fuisse, praetermisit tamen, eo quod ad rem suam non pertineant. In figura II. tabulae I, & in secunda tertiae, praetermisit arteriam mesentericam inferiorem. In figura V. tabulae IV. praeter mesentericam illam, etiam utramque spermaticam, itemque venam spermaticam dextram. Significare autem eo voluisse putandum non est, incidisse se in corpora, in quibus revera defuerint: nam profecto de re tam rara admonuisset. Neque putandum praetermisisse per errorem, quem emendaverit in tabulae XII. figura III. XII. IV, quae respondent supradictis. Quis enim errasse in re tam nota, tam obvia, facile sibi persuadeat? Praetermisit haud dubie in tabula I. III. IV, quod nihil ad rem suam attinebant. Addidit in tabula XII, fortasse quod, quamvis ad rem suam nihil attinerent, melius tamen est simul cum aorta & cava exhibere; & fortasse quoniam pronum erat addere. Credasque non ita magnopere ad haec fuisse attentum. Eadem ratio praetermissae arteriae coeliacae, & mesentericae superioris, in figura I. II. & III. tabulae I, & in figura III. tabulae II, & in figura I. II. & III. tabulae III, & in figura V. tabulae IV. At in figura I. tabulae II, quum arteria diaphragmatica sinistra exhibenda esset; coeliacam, & mesentericam superiorem, fortasse quod proximae diaphragmaticae illi sunt, addidit. Talia autem etiam in tabulis nuper repertis occurrunt. Nam, ne dicam de tabulae XII. figura I. III. VII. IX. XII. X. IV, (quae sunt I. II. III. tabulae I, I. II. III. tabulae III, V. tabulae IV.) in quibus arteria coeliaca, & mesenterica superior, similiter praeteritae; in tabula XIII. praeterita coeliaca cum mesenterica utraque. In zygo-

gomate figurae I. & III. tabulae XLI, & in tabulis aliis, praeterita futura.

Juvabit autem, & proderit, eorum, quae dixi, exemplum in una eademque icone subjicere, simulque expendere Eustachii in ea propositum, ac rationem. Ad quod idonea erit prima tabulae I. In ea, ut ex ipsius explicatione cognoscimus, exhibere voluit de renibus primum haec: *dextrum majorem, quam sinistrum; parte superiore utrumque aequalem fere altitudinem habentem; sinistrum* tamen *nonnihil dextro elatiorem; inferiore dextrum sinistro humiliorem, quod eveniat propter magnitudinem; cujus causa sinister altior dextro dici possit.* De *glandulis renibus incumbentibus* haec: *forma, figura, & substantia renibus respondere: dextram majorem, quam sinistram.* De venis emulgentibus haec: *dextram humiliorem, breviorem, & magis obliquam, quam sinistram:* itaque *sinistram altius ortam, longiorem, & minus obliquam, quam dextram.* De quatuor aliis venis haec: *venulam ortam à dextra parte cavae venae supra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam distributam. Venulam vel à cava, vel à suprema parte emulgentis dextrae ortum ducentem; quae partim in septum transversum, partim in glandulam reni dextro incumbentem, partim in supernam regionem substantiae renis distribuitur. Venulam à superiori latere sinistrae emulgentis venae in medio ductu natam; quae distribuitur partim in septum transversum; partim in glandulam reni sinistro incumbentem; partim in superiorem regionem pinguis tunicae renis. Venulam originem ducentem à superiori latere emulgentis sinistrae juxta renem, disseminatam in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.* Denique voluit *venae seminariae sinistrae ortum ab emulgente.* Atque illa etiam omnia plane expressa videmus. Exprimere autem nequivit, nisi simul & renum quandam speciem, & glandularum renibus incumbentium, & venarum exprimeret, eaque tum lineis extremis definiret, tum lumine atque umbris sic satis distingueret: in quibus frustra aliquid praeterea quaeras, quum perfectam omni ex parte illarum partium speciem tradere non instituerit, sed tantummodo illas suas observationes; praeter quas de partibus illis nihil etiam addit in explicatione. Quum vero venas supradictas exhibere sine cava, quoniam ab ea oriuntur aliquae earum, non posset; addidit ejus portionem. Commodissime praeterea addidit arterias emulgentes, quoniam ad renes cum venis pertinent:

 cum

cum iisque aortae portionem, quoniam oriuntur ab ea, cavae praeterea comitem. Et quum aortae cavaeque partem illam, unde arteriae ſpermaticae, inferior meſenterii, & vena ſpermatica dextra emittuntur, exhiberet; addidit radices earum. Renibus ureteres addidit, quum ad eos pertineant. Illae autem partes in icone quaſi ſecundariae ſunt, easque in explicatione tantummodo indicavit, & nominavit. Quapropter in quibusdam earum incurioſior eſſe potuit, & fuit. Profecto arteriam inferiorem meſenterii minorem exhibuit, quam alterutram ſpermaticam: ac ſic quoque in figura I. tabulae II, & in I. III. IV. tabulae XII. Quod neque per errorem, neque data opera feciſſe putamus: non per errorem, quod errare tali in re tantopere non potuit: non data opera, quod haud dubie admonuiſſet. Sed, puto, quod parum aut attentus, aut curioſus fuit in re ad propoſitum ſuum non pertinente: quemadmodum non aliam quoque ob cauſſam omittere hac in figura prima arteriam coeliacam, ac meſentericam ſuperiorem, potuit. Quam incurioſus autem quibusdam in rebus fuerit, infra pluribus dicetur. Ex quibus judicari poteſt, quam recte ſibi ex tabulis ejus menſuras capacitatis quarundam arteriarum, tanquam ſi accuratiſſimae eſſent, viri docti aſſumſerint: & maxime quum aſſumſerint arteriarum illarum, quae inter ſecundarias iconum partes numerandae ſunt. Atque haec de figura illa tabulae I, ut exemplo eorum, quae ſupra dixi. Ad cujus ſimilitudinem & rationem etiam reliquas, quae opuſculis anatomicis additae, perfectas eſſe, facile ex iis intelligetur. Idemque inſtitutum in tabulis nuper repertis haud obſcure, niſi vehementer fallor, apparet.

Sed ad eas penitius intelligendas indicanda eſt Euſtachii in concinnandis iconibus ratio, quae ex iis ipſis colligi ſatis ſuperque poſſe videtur. Eoque magis indicanda, quoniam à communi anatomicorum diſcrepat. Quorum conſuetudo haec eſſe ſolet, ut, poſtquam partes in corpore demortui detexerunt, earum figuram ſic modo in tabula efficiant, aut effici curent, ut tota ſimilis illis ſit, illudque plane, quoad fieri poſſit, exhibeat, quod ante oculos poſitum eſt ad imitandum; quemadmodum propoſitum exemplar pictores in totum, ut propoſitum eſt, imitantur. Euſtachius autem, ut ſummatim dicam quod ſentio, obſervationes ex corporibus ſum-

Digitized by Google

ſumtas exhibuit cum ratione, ſimulque clare, ſimplici quodam modo, non niſi id, quod volebat, exprimente; abſque ulla, quam pictores & ſcalptores vocant artem. Quae omnia ſingillatim illuſtrare, & probare conabor.

Exponi difficulter verbis, accipique, niſi additis exemplis, poſſunt. Rem plane ante oculos ponit figura III. tabulae XLI. Ad quam efficiendam, nequaquam oculis pictoris (non potuit enim) caput hominis propoſuit tale, quale exhibet, ita maximam partem integrum, una tamen cum muſculis aliquot tanquam in ſuperficie exſtantibus, interque eos etiam aliquibus, qui profundiore in parte faciei deliteſcunt: verum capitis primum quandam figuram ſeparatim effecit, eique deinde ex diſſecto capite muſculos, quos volebat, ſuis inſcripſit locis. Ac ſic quoque in tabula IX. figuram hominis effecit, eique ex inciſo demortui corpore inſcripſit tres ventres apertos, una cum iis, quae continent. Eadem ratione concinnavit muſculorum tabulas primas, XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. & XXXII, adhibendo figuram hominis pro fundamento, & ad ejus normam ex corporibus deſcribendo muſculos, ligamenta, oſſa: quod etiam dilucidius reddunt illarum figurarum manus, & pedes; utpote integram eorum formam exhibentes cum inſcriptis muſculis, & tendinibus. Ubi vero muſculos exhibere voluit, qui magis ab exteriore corporis parte diſtant, ſceleto potiſſimum ut fundamento uſus eſt, atque ei illos, ut cui adjacent, inſcripſit: ut tabula XXXIII. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. figura I. In quibus tamen etiam faciei, & manuum, & pedum quaedam figurae, quibus muſculos inſcripſit, oſſiumque lineamenta. Quin etiam ſceleto ſolos in tabula XXXIV. & XXXV. inſcripſit muſculos exteriores: quos ita cum ſceleto ſubjicere oculis pictoris nequivit. Et muſculos quoque cranio ac ſyntaxi vertebrarum colli inſcripſit in figura XIII. tabulae XLI. Ad nervorum venarumque atque arteriarum ramos, quos ſubcutaneos appellant, exhibendos, figuram hominis pro fundamento adhibuit, ejusque ad normam in tabula XXI. XXII. XXIII. per corporis circumferentiam muſculos, oſſium quasdam partes, aliaque, quae ſtatim ſub integumentis communibus poſita ſunt, deſcripſit; majoremque etiam partem retinuit pedum & manuum formam: atque illis figuris inſcripſit nervos, venas, arterias. Ex quo intelligi quoque ratio poteſt, qua

uſus eſſe videtur in tabula XIX. XX. XXIV. XXV. XXVI. In tabula XIII. vaſa inſcripſit reni, utero, vaginae, veſicae. Ad encephalum ſpinamque dorſi retulit nervos in tabulae XVIII. figura II: ad encephalum in figura I. III. IV. V. Atque haec exempla plus etiam ſatis oſtendunt, quomodo cum ratione & judicio compoſuerit.

Quin etiam ſimpliciores alias, in quibus partes partibus inſcriptae non ſunt, ita cum ratione effinxit. Ita pleraſque omnes tabulae XXVII: de cujus prima & tertia decima hic tantummodo dicam, quoniam dicere de omnibus longum eſt, neque neceſſarium. In prima igitur vaſa jecoris, in tertia decima pulmonum, tum ex iis, quae anatomica diſſectio oſtendebat, tum ex iis, quae cognitio docebat, cum ratione effinxit; & ita quidem, ut in hac figuram pulmonum, in illa jecoris, referant. Ita & concinnare potuit eximias illas nervorum tabulae decimae & octavae; quas tales, quales in tabula exſtant, ante oculos poſitas delineatori fuiſſe, nemo, puto, in re anatomica, concinnandisque iconibus, vel mediocriter exercitatus, opinabitur.

Neque temere, ſed ratione & conſilio egiſſe, id apparet etiam ex eo, quod inter icones aliae aliis reſpondent, & aliae quoque continuationes ſunt aliarum. Quod poſtquam animadverti, multum adjumenti acceſſit ad tabulas intelligendas: eamque ob cauſſam operae pretium eſt oſtendere. Et primum oſtendam in illis, quae vel me non monente in oculos facile incurrere poſſunt. Sic tabula XXX. & XXXI. ſunt altera alterius pars adverſa. Sic XLIII. & XLIV. Sic tabulae XLVII. figura XXVI. & XXVII: itemque XXVIII. & XXIX: itemque XXX. & XXXI: itemque XXV. & XXXII: itemque XXXIII. & XXXVI: denique XXXIV. & XXXV. Sic tabula XXI. & XXIII. Sic tabulae XI. figura VIII. & IX. Sic tabulae XVI. figura I. & II. Sic tabulae XII. figura II. & V. Sic fere figura I. & III. tabulae XV. Sic maximam partem tabula XXIX. & XXXII. Magnam partem tabula XXXVII. & XXXVIII. Maximam partem XIX. & XX. Generaliter XXIV. & XXVI. Similiter tabulae X. figura I. & III.

Sunt deinde, quae reſpondent poſitu: ut muſculorum prima primae ſceleti, hoc eſt, vigeſima & octava quadrageſimae tertiae. Sic maximam partem trigeſima quarta vigeſimae nonae. Sic trigeſima quinta trigeſimae ſecundae. Sic je-

Digitized by Google

jecori figurae III. tabulae XI. vasa jecoris figurae I. tabulae XXVII. Sic mesenterio figurae II. tabulae XI. generaliter respondent vasa mesenterii figurae II. & IV. tabulae XXVII.

Quaedam praeterea serie quadam quasi continuatae sunt. Ut sunt quatuor primae tabulae XV: quarum series haec, I. IV. II. V. Sic ejusdem tabulae tertia & sexta. Sic III. IV. V. tabulae XVII. Sic II. III. IV. tabulae XXXIX. Sic II. III. IV. V. VI. VII. tabulae XL: & VIII. IX. X. XI. XII. Sic I. & III. tabulae XLI: & VIII. & XI. Sic IV. & VI. tabulae XLII. Sic III. VI. VII. VIII. tabulae XLVII. Sic, quantum ad partes inferiores, I. & III. tabulae XII.

Est quoque separatim vasorum & nervorum quaedam ex aliis in aliis continuatio. Est primum manifesta in circumferentia earum: ut figurae I. & II. tabulae XVI: ut tabulae XXI. & XXIII. Deinde etiam minus primo intuitu manifesta: at ubi expenderis, evidens, & artificiosa. Sic arteriae jecoris figurae II. & IV. tabulae XXVII. continuatio in figura I. per jecur est, cistamque fellis: itemque venae portarum. Sic, si examinare velis, in figura II. & VIII. tabulae XL. invenies continuationes vasorum choroïdis ex postica parte in priorem, & ex priori in posteriorem; & ita quidem, quemadmodum plene exhibitum est in figura XI. Sic nervus spinalis recurrens tabulae XX. n°. II. a, continuatio est nervi ejusdem tabulae XIX. n°. II. f. Et nervus, cui S in dextro crure inscripsi tabula XXI. n°. II. continuatio est illius, cui 12. tabula XIX. n°. II. Sic vena h, & vena & arteria k tabulae XXIV. n°. II. sunt continuationes, illa venae α tabulae XXV. n°. II; hae, venae & arteriae z tabulae ejusdem. Sic venae & arteriae μ : μ tabulae XXIV. n°. II. sunt venarum & arteriarum τ : τ tabulae XXVI. n°. II. Mitto caetera ejus generis, quae annotavi in explicatione tabulae XIX. XX. XXI. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XL.

Multa etiam inveniuntur, quae non plane de integro effinxit; certe non videtur effinxisse, sed ex aliis iconibus in alias transtulisse. Quemadmodum ex prima sceleti, quae tabula XLIII. continetur, haud dubie in XXXIII. transtulit thoracem cum claviculis, aliaque. Ac sic pleraque sceleti ex tabulae XLIV. figura I. in tabulam XXXIV. Multa ex tabulae XLIII. figura I. in tabulam XXXV. Similiterque in a-

Digitized by Google

liis. Sic uteri & vaginae icones duae, altera tabulae XIV. figurae II, altera tabulae XIII., satis similes sunt inter se, ut videri possit altera in alteram tabulam translata. Sic pulmonum in tabulae XV. figura III. & VI. Sic uterus, tubae Falloppianae, vasa spermatica, ligamenta uteri rotunda cum vasis suis, figurae I. tabulae XIV. majorem partem sumta esse videntur ex tabula XIII. Sic cor cum auricula dextra, vasisque, figurae II. tabulae XV. satis respondent figurae I. tabulae XVI. Sic portio cordis, cavae inferioris, venae coronariae majoris, figurae VI. tabulae XV. respondent figurae II. tabulae XVI. Cor cum aure dextra & vasis suis tabulae XXV. respondet figurae I. tabulae XVI, & figurae II. tabulae XV.

Jam vero illud, quod dixi, expressisse omnia simplici quodam modo, nulla, quam pictores & scalptores laudent, arte; illud, inquam, ex ipsis constat tabulis. Itaque etiam peritiorem artis, & qui artem tantummodo spectabat, neminem adhuc unum offendi, qui eas laudaret. Mirari potius omnes, in tanto apud nos honore esse, quum habeamus Vesalianas, insigni adeo artis praestantia ad omnem memoriam commendatas. Sordere prae Bidlonianis, quae illa tam speciosa, & pictoris Lairessii propria luminis atque umbrarum gratia & dignitate, intuentes alliceant. At audivimus tamen homines imperitos, artisque pictoriae rudes ignarosque, aut quos occaecaverat quam de Eustachio conceperant opinionem; audivimus alios laudantes linearum extremarum, quibus descriptae partes sunt, pulchritudinem; alios luminis atque umbrarum nescio quam praestantiam; alios scalpturae elegantiam. Profecto neque accuratam artificiosamque partium symmetriam, & formam; neque linearum extremarum dignitatem, aut elegantiam; neque luminis, umbrarumque artem quandam; neque naturae ipsius subtilem imitationem; neque omnino quicquam eorum, quae ars habet inprimis laudabilia, in iis videmus. Atque ita sane non videmus, ut eorum omnium nihil non modo non affectasse, sed ne curasse quidem videatur: qui alioquin commissurus non fuisset, ut, quum tam severus & gravis Vesalii censor fuerit, icones efficeret, & eas quidem haud dubie magnam partem contra Vesalium, quae, quod ad artis laudes attineat, cum Vesalianis nullo modo sint comparandae. Satis habens,

Digitized by Google

bens, obſervationes anatomicas veras & certas ſimpliciter exprimere, plus artis, quam ad id ſatis perſpicue exequendum requirebatur, non adhibuit; cum Veſalio, cumque poſterioribus, non de palma artis, quibus obſervationes anatomicae exprimantur, contendens, ſed ipſis certans obſervationibus. Et certe ſi alterutro eſt carendum, id eſt, aut rerum, quae exhibeantur, veritate ac perſpicuitate, aut arte qua exhibeantur; carendum potius arte: quippe quum icones praeſertim propter res, non propter artem, expetamus. Quocirca Euſtachii hae, in quibus res exquiſitae, ars nulla, multo hercle laudabiliores ſunt aliis aliorum, quae arte quidem ſuperiores, inferiores autem rebus illis, quae ad anatomen pertinent. Quanquam tamen illas inprimis laudare non vereor, quibus res & vere accurateque ac perſpicue exprimantur, & ſimul quanta maxime poſſit arte.

Quum vero Euſtachii pleraeque impolitae ſint, rudiore inprimis plerumque modo expreſſae res illae, quas aliarum cauſſa exhibuit; ut multae etiam ex eo haud ita aegre internoſcantur. Rudior figura hominis tabulae IX. Rudis figura capitis figurae I. III. V. VIII. XI. tabulae XLI. Rudis oſſium in pedibus extremis tabulae XXXIII. XIX. XXV, & in manibus tabulae XXIV. Rudis multorum muſculorum in tabula XIX. XX. XXV. XXVI, aliis. Intervalla inter muſculos, parteſve alias, ita ſaepe rudia, ut nihil niſi intervalla ſignificent: exemplo ſit tabula XXVIII. Atque ex his quaedam etiam plane incurioſe indicata, ut niſi hoc attendas, aut obſcuriſſimus videatur, aut falſus. Sic in tabula XXVIII. oſſa tibiae pedeſque extremos non diſtinxit. In tabula XXI. ab extenſore longo digitorum pedis dextri tendines nulli per pedem extremum: neque in tabula XXIII. ab extenſore communi digitorum, proprioque auricularis, per manum dextram. Cujuſmodi ſane multa paſſim occurrunt.

At quam plane tamen perſpicueque res illas, quas inprimis volebat, expreſſerit, ex iis tabulis, quarum explicatio ab ipſo relicta in manus noſtras pervenit, habemus cognitum: in quibus illa, quae indicat in explicatione, tam evidenter apparent, ut nihil poſſit ſupra: quorum exempla in principio attuli. Ex quo colligi ſatis poteſt, non minus perſpicue in tabulis nuper repertis animi ſui ſenſus expreſſiſſe: praeterquam quod loca, ex opuſculis anatomicis ſupra allata,

quibus aliquot rerum interpretatio continetur, id tam manifeste confirment.

Jam porro animadvertimus, sumsisse Eustachium icones suas ex hominibus junioribus. Quod ne dubitare possimus, magno, ni fallor, argumento est sternum sceleti tabulae XLIII, è partibus nimirum sex constans: cujusmodi est juniorum. Atque ejusmodi se invenisse in hominibus, qui *ad quartum decimum*, aut *decimum octavum annum usque vixerant*, tradere in examine ossium videtur. In quo primum docet, *puerulorum sternum in prima generatione totum cartilagineum esse: ubi autem in os formari incipiat*, natas in eo *osseas partes cartilagine undique comprehensas, quasi plurium in tabula nodorum speciem prae se ferre: ac tandem ad summum sex tantum particulas, transversa linea à costarum cartilaginibus protracta, sternum incisas obtinere, quibus adnumeret etiam illam, quae mucronatae cartilagini sit praeposita.* Ac paulo post subjicit, illud *ita se habere in publico gymnasio* se *ostendisse, multis sternis ante oculos omnium positis, non solum paerulorum, sed etiam illorum, qui ad quartum decimum, ac decimum octavum annum usque vixerant.* Itaque *ad summum sex* tales *particulas obtinere*, ultimumque terminum aetatis eorum, in quibus *ostenderit*, *annum* memorare *quartum decimum, ac decimum octavum:* eoque ea aetate sex *obtinere*, indicare credibile est. Sternum autem sceleti tabulae XLIII. è *particulis* talibus, quales illa aetate sint, sex constat: ut eum etiam aetatis illius esse indicetur. Praeterea non ita multo post in ossium illo examine tradit, *de numero ossium sterni in adultis pauca addere oportere, esseque varium, & modo quatuor, modo tria eorum apparere:* ex quo concludi posse videtur, sceletum illum tabulae XLIII, in quo particulas sex exhibet, ad adulti, quam vocat, aetatem nondum pervenisse. Adde quod in adultioribus tria inveniri soleant. Epiphyses praeterea, quas in ossium figuris distinxit, eorum aetatem juniorem declarant, hoc est, illam, qua, quamvis ad plenum quidem magnitudinis suae maxime incrementum, nondum tamen ad plenam pervenerint perfectionem. Quin etiam tota ossium figura juniorum ossibus similior est. Vides & os multiforme figurae XIV. tabulae XLVI. in tria divisum esse, ut est in juniore. Ni quis eo divisionem illam ostendi velit, quae aetate juniore animadvertitur: sed tamen multiforme

figurae

Digitized by Google

figurae XII. ejusdem magnitudinis, ejusdemque etiam generaliter formae eſt, idemque integrum. Jam vero ſceletos quoque illos, quibus muſculi appoſiti, juniorum hominum eſſe, ex diviſione ſterni, epiphyſibus, habitu, judicamus; eoque etiam appoſitos iis muſculos. Idemque illud ex ipſa muſculorum figura haud obſcure colligimus. Viſcera quoque juniorem aetatem referunt. Figura IV. tabulae XI. junioris jecur, quam adulti, magis refert. Juniori maxime ſimilis ventriculus figurae I. & III. tabulae X. Caetera praetereo. Ipſeque de venis, quas exhibuit figura III. tabulae XXVII, in tractatu de vena ſine pari tradit, *in puerulis non modo ejusmodi vaſa, ſed & alia multa, quemadmodum meſenterii*, quae exhibuit figura II. & IV. tabulae XXVII, *clarius*, *quam in adultis cerni.*

Nec praetereundum, non pauca exhibuiſſe, quae ſemper non invenerit: ne quis exiſtimet, omnia, quaecunque exhibuit, in omnibus talia eſſe voluiſſe, qualia exhibuit. Inter ea ſunt etiam rara inventu: ſunt rariſſima. Ita in tabulis parvis paſſim feciſſe videmus. Ita etiam fecit in nuper repertis: in quibus aliqua ipſo interprete cognoſcimus, & non modo ex parvis tabulis, ut in tabulam XII, tranſlata, ſed etiam alia. Cujus generis in tabula XXVI. venae ſunt vertebrales, quarum *major* (pp) *ſextae vertebrae* colli *foramen penetrat*, *minor* (o) *vero ſeptimae:* quo pertinere locus poteſt, quem explicationi ex oſſium examine addidi. Eſt quoque *venae humerariae vices gerens*, l figurae VIII. tabulae XXVII: quam deſcribit in tractatulo de vena communi profunda brachii. Eſt *vena humeraria*, *quae ita exilis quandoque occurrit*, *ut niſi animum una cum oculis diligenter advertiſſet*, ſe *prorſus effugiſſet*, g, ut videtur, figurae IX. tabulae XXVII: quam deſcribit in eodem mododicto tractatulo. Eſt deficiens *ſutura*, *quae ſagittam imitatur*, d figurae III. tabulae XLVI: de quo in examine oſſium. Eſt *os*, *quod* Λ *literam imitatur*, *gemina ſutura circumſcriptum*, ccd figurae VIII. tabulae XLVI: de quo in eodem oſſium examine. Sunt oſſis hyoïdis *additamenta*, *quae cum apophyſibus ſtyloïdeis conjunguntur*, figurae XIV. & XV. tabulae XLVII: de quo in examine eodem. Sunt, de quibus in eodem, ſterna figurae XVIII. XIX. XX. XXI. tabulae XLVII. Alia quoque nonnulla, de quibus nihil Euſtachius, attuli in explicatione.

Et exhibuit quoque, de quibus ipſe oſſium in examine ſcripſit, *miraculum* ſe *videre exiſtimaturum*, *ſi quis* ſibi *oſtenderet*. Id nempe exiſtimaturum ſe ſcripſit, *ſi quis calvariam* ſibi *oſtenderet*, *in qua* (puta ob *capitis eminentias depravatas*) *aut coronaria ſutura*, *aut ea*, *quae* Λ *literae ſimilis eſt*, *deficeret*, *aut illam inveniret*, *in qua utriſque his deletis*, *duae lineae*, *altera ſecundum capitis longitudinem*, *altera ſecundum aures protracta*, *inſtar* X *calvariam interſecant:* quam appellat *commentitiam calvariae fabricam*, quam (*qui* nempe *Hippocratem & Galenum ſedulo reprehendere ſtudeant*) *ſimiliter atque veteres anatomici*, *ſolute deſcribant*. Et tamen exhibuit figura X. XV. & XVII. tabulae XLVI, quae reſpondent Veſalii II. III. IV. capitis V. libri I. de humani corporis fabrica. Ad quarum haud dubie exemplum exhibuit, non quod videatur tales calvarias vidiſſe; ſed, puto, illuſtrandae deſcriptionis ſuae, ac controverſiae illius cauſſa. Praeterea ex Veſalio in ſuas tranſtuliſſe videtur figuram III. tabulae XLII.

Praeterea ad ea, quae juvare nos poſſe ad ſenſum Euſtachii cognoſcendum dixi, hoc etiam adjungendum eſt, multa procul dubio tabulis ejus contineri, de quibus veteribus cum ſui temporis recentioribus controverſia erat; multa praeſertim, quae ſpectent illa, de quibus à Galeno Veſalius diſſentit; & multa quidem contra Veſalium; multa quoque, quae ipſe dicturus eſſet non animadverſa fuiſſe ab aliis, aut non deſcripta, non picta. Cujus exiſtimandi copiam dare non modo ille ejus animus, quo opuſcula ſua conſcripſit, poteſt, ſed certius etiam argumentum praebere explicatio tabularum*, quae cum opuſculis illis exſtant. Partim Pinus quoque confirmat: *Bartholum*, *procacem faſtum*, *& dicta refellere impudentis Veſſali*, *methodum docentem notandi quaque in particula ſitum*, *figuram*, *ſtructuram*, *numerum*, *ordinem*, *atque nexum*.

Quorundam denique interpretationem invenimus in opuſculis anatomicis. Atque utinam inveniremus in iis plura, quae ad has tabulas pertinere poſſint, ad obſcuriora praeſertim earum loca! Sunt certe, quae quis non facile intelligat, niſi ipſo interpretante Euſtachio, aut certe adjuvante. Sic haud ſcio, an ita promte intellexiſſemus figuram XI. & inprimis VIII. tabulae XXVII, niſi explicuiſſet ipſe. Lanci-

Digitized by Google

cisium undecima *diu incertum*, *dubiumque detinuit*, donec *forte fortuna in syntagma de vena*, *quae azygos dicitur*, *inciderit*, & ex *antigrammate* XII. *perspicuum lumen ad obscuram hanc rem illustrandam acceperit.* Octava, etsi haud absimile quiddam in homine semel inveneram, detinuit me, donec animadverterim clarissimum locum in tractatulo de vena communi profunda brachii.

Nunc, quum jam satis dixisse mihi videar de iis, quae ad intelligendas tabulas utilia sint, ac necessaria, tempus erit de iis dicere, quae praestiterim, aut potius, quae praestare conatus sim.

Breviter summatimque quid quaeque res sit tradidi. Non addidi descriptionem pleniorem, quod aut describenda fuissent, quae manifeste apparent, ut magnitudo, figura, situs, connexio, caetera ejusmodi; aut addenda, quae non apparent. Quorum illud supervacaneum visum est, eo quod nihil attineat verbis declarare illa, quae diligentior quivis ex rerum figuris ipsis facile cognoscat. Immo *si omnia*, *quae in* tabulis *unico intuitu cuivis sub oculos subjici possunt*, *oratione declarare tentarem*, *non solum longitudine orationis fastidium exhiberem*, *verum etiam multo difficilius id exequerer ac praestarem; perspicuum enim est quanto rectius oculis*, *quam auribus haec noscantur & percipiantur:* ipsius Eustachii verba haec sunt, ex capite xv. tractationis de renibus descripta. At, dicas, ille tamen ipse in explicatione illarum ipsarum tabularum, de quibus illa profert, alia quidem simpliciter indicat, alia autem describit plenius; & plenius quidem illa, quorum in primis caussa confecit. Certe. Imitari autem non potui; non quidem ita, ut cuperem, ut deberem, ut praeivit. Quod sane fateri non erubesco, si modo fatendum est, neminem unquam inventum iri, qui ita interpretetur, ut interpretaturus fuisset ipse. Profecto, etsi res ipsas, quae exhibitae sunt, intelligere fortasse plerasque possumus, & in multis quoque propositum satis videmur assequi; nulla tamen ita illud plane assequendi spes est, quin aut aliqua, aut etiam multa superesse dubitatio plerumque possit, volueritne, quod putemus, nec ne. Apparet hoc ex tabulis, quae opusculis anatomicis additae: quas qui seposita, & nihil quicquam juvante Eustachii explicatione, suo marte explanare aggrederetur; fieri aliter non posse intelligeret, quin ab ejus pro-

Digitized by Google

posito passim discreparet. Et si conari tale quid ad ejus mentem voluissem; plenius fortasse descripturus fuissem, quae ipse simpliciter indicaturus; ipse quae descripturus, simpliciter indicaturus ego. Et si qua etiam eorum, quae descripturus fuisset, descripsissem; casu tantummodo factum fuisset, si id satis ad mentem ejus fecissem. Ac multò etiam minus addere volui, quae in tabulis non apparent, quamvis potuissem multa, atque Eustachius etiam praeiverit in explicatione tabularum parvarum; qui in sua figurae v. tabulae iv. ureteris addidit originem, & quaedam de vasis renis inferioris, quae non exstant in ea. Quae quum ita sint, hoc unum mihi, certiora tradere quam maxime cupienti, superesse credidi, ut res, quae apparent, simpliciter indicarem: nisi quod pauca quaedam adjecerim, quae ut aliquae melius intelligerentur, praeterire commode non potui. Satis mihi sit, hunc tantum tabularum thesaurum ad usus anatomes amatorum & cultorum quodam modo accommodasse, quo frui eo interea, dum aliquis ab Eustachio relictus commentarius (si quis modo alicubi) latebit, sic satis possint.

At fortasse satis omnium exspectationi à me factum non erit, eo quod, quid quaeque in tabulis expressa res sit, proposuerim quidem; oportuisset autem praeterea, quare illud esse censendum sit, ostendere. Quod sane ostendere si instituissem; quam non mihi modo operosam & taedii plenam rem aggressurus fuissem, sed etiam quam parum necessariam, quum multa satis manifesta per se sint, & pleraque etiam alia anatome ipsa ostendat, confirmet. Ubi tamen scrupulus aliquis residere visus est, subjeci rationes quasdam interpretationis meae: & studiosius quidem, ubi in rebus non omnino manifestis dissentiendum mihi fuit à viris gravibus. In antecessum autem, quae fortasse objicientur, quis mortalium diluat? Potui alicubi falli, ut humanus: potui, quod vehementer occupatis temporibus meis haec congessi, quod multa perdifficilia fuerunt. Hoc tamen scio; hoc ne quis dubitare velit rogo; dedisse me saltem operam, ne quid temere inconsiderateque affirmarem. Utinam modo ita omnia recte & ad veritatem interpretatus sim, ut nihil praetermisi, quantum eniti potui, quin quid sint perspicerem!

Quoniam perpetuum indicem tradere susceperam, non potui

tui quin multa in eo notarem, quae minime obſcura ſunt; multa, quae videri poſſint non egere interprete; multa, quae momentum non habere. Neque tamen diligentia nimis ſcrupuloſa indicavi omnia, quaecunque expreſſa apparent: cujusmodi quidem indicem jam fere confeceram, quum, ecce, poenituit facti, mutatoque conſilio, reſcidi plurima, ne inutilibus notis tabulas obſcurarem, explicationemque praeter omnem neceſſitatem interrumperem. Et an operae quidem pretium fuiſſet indicare ad rem non pertinentia, eademque notiſſima? ut partes exteriores corporis in tabula IX, aliisque. An, indicare manifeſta omnibus? ut inteſtini coli quas vocant cellulas, in figura II. IV. V. tabulae X: ut inteſtinis ſimilem cerebri ſpeciem quandam in tabula IX. XVII. XVIII. Et praeſertim, ſi qua ex illo genere rudia ſint? ut columnas carneas in corde, ejusque auriculis, tabulae XVI. An quicquam, quaeſo, expoſuiſſe juvaret, quae nihil, ut videtur, ſignificant? ut intervalla inter muſculos, partesve alias. An, expoſuiſſe rudia quaedam, in quibus momentum eſſe non viſum? An denique quae etiam magis elaborata, ſed ex aliis tabulis tranſlata, ex iis certe facile cognoſcenda, exponere neceſſarium erat? ut ſceleti partes tabulae XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. Quorum, ſi quid Euſtachii ingenium perſpicio; ſi quid ex eo, quod in tabulis, quae opuſculis anatomicis additae, praeſtitit, judicare valeo; ipſe fortaſſe rationem habiturus non fuiſſet. At ignoramus, inquis, anne fortaſſe habiturus fuiſſet. Et in ſumma, ſi quid modo utilitatis afferre poſſunt, digna ſunt, ad quae animum attendamus: poſſunt autem, vel ſi aliquid modo juvare poſſunt ad intelligendum paulo plenius. Atque idcirco addidi etiam illius generis non pauca, &, ut videtur, plus etiam ſatis. Caeterum adeo non quaeſivi illam non jam ſcrupuloſam, ſed ſupervacuam accurationem, ut, niſi in mentem veniſſet, poſſe eam fortaſſe aliquos juvare, longe etiam magis evitaſſem. Quae vero ex illo genere praeterii, vix morabuntur, puto, illos, qui paulo attentius & tabulas conſiderabunt, & explicationem expendent meam.

Et quaedam fortaſſe non merebantur operam, quam impendi. Profecto quum multa difficilia fuerint, perdifficilia ſimul & permoleſta fuerunt, in quibus rudior figura obſcuritatem peperit, aut dubitationem. In tabula XIX. XX.

XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. musculorum aliqui ex figura, qui sint, non satis apparet; sed fere ex loco possumus suspicari. Aliorum non figura, sed potius locus, aut eorum loco spatia inter musculos, partesve alias, indicata videntur. Fieri itaque illis in locis potuit, ut, quo plenius explicarem, musculos esse dixerim, ubi locum tantummodo eorum adumbraverit. Quare obscuris & rudibus illis in locis, in quibus parum curiosus fuit, & quorum fortasse, si explicaret ipse, mentionem non faceret; in iis de eo, quod videatur, quod suspicer, intelligi velim potius, quam de eo, quod manifestum sit.

Sunt quaedam, quae dubitanter interpretatus sum. Perpauca, de quibus ne quidem conjecturam vel suspicionem ausus sum proponere. Tales sunt figura V. VI. VII. tabulae XI. Tales fuissent renes sinistri figurae IV. tabulae XII, nisi exposuisset ipse in explicatione figurae V. tabulae IV. Et si cui forte fortuna simile quid obvenisset, ni totum toti simile fuisset, multa superfuisset dubitatio. Cujusmodi, respondens quidem, sed tamen discrepans, Bauhinus theatri anatomici libri I. capite XXII. memorat, & figura I. tabulae XXIV. libri illius exhibet.

Ex varietatibus dissimilitudinibusque aliquas, quae notabiliores visae sunt, indicavi. Insunt fortasse plures: sed malui vitare conjecturas nimis incertas.

Quaecunque in reliquis Eustachii operibus invenire potui, quae ad tabulas pertinere, aut ad eas illustrandas pertinere posse arbitratus sum; ea indici illarum partium, ad quas pertineant, ipsis ejus verbis adjeci.

Eustachii cum aliis anatomicis, & potissimum cum Vesalio controversias, ubi fortasse eas in tabulis spectaverit, ne attigi quidem; partim quoniam, quicquid dici de iis posset, fere tantummodo conjecturis niteretur; partim quod impetrare à me non potui, ut tantum eriperem temporis ex utilioribus occupationibus meis, quanti illud indigeret. Et quamvis tale quid non injucundum sit earum rerum amatoribus, fortasse tamen utilius, quam nostris, Eustachii esse potuit temporibus, quum Vesalii libri omnium manibus maxime tererentur.

Neque, quaenam Eustachius eorum, quae exhibuit, aut primus ante omnes invenerit, exhibueritve; aut quaenam, & quan-

Digitized by Google

quantum ea perfecerit, disquirere per otium licuit; neque addere alia, quae addi potuissent. Sed quid apologiam scribo? Explicationem in modum indicis fere nudi promittere utique potui: promisi: promisso, quantum in me fuit, satisfeci.

Quum vero compertum haberem, Eustachii rationem, qua in designandis iis, quae expressa sunt, usus est, utcunque alioquin non improbandam, vitiis laborare, quibus fiat, ut minus ad usum commoda sit; & assiduas etiam querelas audiverim de difficultatibus, quibus utentes impedit; idcirco nolui declinare laborem lineares tabulas efficiendi, iisque notas necessarias inscribendi, eo modo, quo feci alias.

Nec potui, quin tabulas ipsas, denuo descriptas, adderem, ut simul cum explicatione ad manum essent. Neque enim aliam ob caussam addidi: quippe quum omnis laus & commendatio in eo consistat, ut Romae primum editis quam simillimae sint. Potuissem tamen certe melius ponere tantum operae temporisque, quantum in eo consumendum mihi fuit: quum praeterea res sit, in qua si quid erraveris, vix ulla venia; si recte feceris, exigua laus proposita sit. Ut tamen archetypis iis rebus, quae visae mihi sunt alicujus momenti esse, responderent, operam, quantum potui, dedi. Et si ab iis lineolis & punctis, quibus umbrae exprimuntur, aliisque rebus, quae sive hoc, sive illo modo expressae sint, parvi aut nihil refert, aliquantum discrepent; quamvis maluissem totas totis similes effici potuisse, nec culpa factum sit mea, ita similes non esse; tamen non ita, opinor, discrepant, ut in rebus ipsis aliqua sit differentia, quae momentum habeat. Itaque ad eos usus, ad quos addidi, satis idoneae esse poterunt. Si autem aliquid in disceptationem veniat, & dubitatio fortasse accedat, quid sit id, quod exhibere voluerit; quamvis (quod tamen obtineri ab artificibus non facile potest) haberes archetypis omni ex parte plane similes; nihilominus ipsae archetypae inspiciendae, ut quae non habeant admissi per imitationem erroris cujusdam ullam suspicionem.

Caeterum diu multumque cogitavi, deberemne etiam illas omni alioquin laude dignissimorum hominum interpretationes expendere, à quibus recedendum mihi fuit. Quippe impetrare à me vix poteram, ut publice proferrem, & tanquam in luce collocarem, quae emendanda esse putem;

Digitized by Google

quod res erat futura non cum quodam plebejo tantum scriptore, minorumque gentium anatomico; sed cum eximiis eruditione, scriptis, dignitate, meritis, &, quod praecipuum, nostrae memoriae, nostrorum temporum. Honestius acturus cum iis mihi videbar, si non palam, sed tacite dissiderem, nullaque facta aliter sentientium mentione, quae veriora esse putem, nude proponerem. Et omittere praeterea omnem quamcunque reprehensionem malebam, ne minus gratiae proferendo recta, quam offensae emendando prava, mererer. Contra ea autem non leve momentum ad confirmanda illa, quae veriora putem, & ad excitandam omnium attentionem, allaturum erat hoc; si scire me, aliter alios sentire, productis eorum locis ostenderem, & non casu, sed data opera, & quoniam poscat res, ab iis discedere. Ac nunc etiam maxime, meam operam, quam Eustachii tabulis impendi, emissurus quum sim, mearum partium esse videbatur, ab alienis eas interpretationibus pro virili liberare. Jamque in eo eram, ut explicationem nudam exire sinerem, quum vicit demum utilitatis illa quaedam ratio. Hoc igitur unum superfuit, ut pro veritate dicerem, neque tamen oblivifcerer honoris ac reverentiae, quam principibus viris & debeo, & libentissimo animo tribuo.

Inter eos autem, quorum interpretationes expendendas sumsi, Lancisii, quam aliorum, saepius facienda mentio erit. Cujus explicationem postquam accuratius inspexi, magnitudinem agnovi viri eximii erga anatomes amatores meritorum, & simul indolui, inveniri in ea, quae detrahere de meritis illis aliquid videantur. Quamvis enim multa contineat, quae omni laude digna sunt, negari tamen non potest, continere etiam, quibus assentiri nequeamus. Quod quum ita sit, neque negligenda esse laudabilia illa, quae tradidit, puto; neque tamen plus ei tribuendum, quam veritatis cultores deceat. Licebit igitur, ni fallor, quibus in rebus minus probanda tradiderit, monere veritatis amatores; ita tamen, ne minuere existimationem ejus velle videamur magis, quam communi utilitati consulere. Ignoscendumque vel ob unum bene merendi studium; valereque apud omnes justa debet excusatio & difficultatis rerum, & angustiarum temporis, intra quod conscripsit explicationem suam, multis alioquin, magnisque negotiis occupatus. Ad quod accedit, affecta fuisse

se

Digitized by Google

ſe aetate, ac valetudine; quod ex Morgagni tum adverſariorum anatomicorum tertiorum animadverſione XLV, tum epiſtolae anatomicae primae paragrapho LXXVI. intelligimus. Adde quod ipſe in praefatione ſcripſerit, ſe *in edendo hoc opere eſſe haeſitantiorem, ne ſcilicet multa inchoata ſolum, ac rudia, immo forte perperam ex commentariolis ſuis excidiſſe quis opinetur;* quem *tamen velit praeſentibus frui.* Quapropter aequo animo ferre vix poſſumus, durius, quam decet, reprehendi ea, quae emendanda ducantur, atque ita cum primi ordinis homine agi, tanquam ſi eſſet aliquis ex infima ſcriptorum plebe. A quo tantum abſum, ut quum explicationem ejus expendere coepi, tantum dederim honori & meritis ejus, ut toties dolore affici me ſenſerim, quoties occurrerem alicui rei, quae juſtam emendationem effugere nequibat. Atque illa ipſa reverentia ab emendationibus proferendis cohibere me etiam nunc potuiſſet, niſi negligi ejus explicationem ab anatomes ſtudioſis intellexiſſem, eo quod in omnium animis inſideat opinio haec, dubiam eſſe, incertamque, ac plenam errorum; meamque adeo operam afferendam eſſe exiſtimaverim, ut allatis emendationibus, ſi poſſem, efficerem, ut ſtudioſius, & ſecurius (niſi modo ego etiam, dum emendare volui, hallucinatus ſum) explicatione illa utantur, fruantur. Nec dubium quin, ut quaedam emendavit ipſe, ſic emendaturus fuiſſet, ſi aberraſſe ſe cognoviſſet. Nihil autem explicationis illius attigi, niſi quod ad rerum, quid ſint, interpretationem attineat. Et praeterii levia quaedam, utpote per ſe apparentia, quae excidere Lanciſio facile potuerunt. Cujus generis ſi qua tamen afferenda tironum cauſſa duxi; nolite, quaeſo, in malam partem interpretari. Illud autem animadvertendum eſt, pleroſque quidem numeros, quibus in explicatione ejus res deſignatae ſunt, ſatis eas accurate deſignare; non raro tamen, quas debere videntur, non deſignare, ut, niſi vitioſos eſſe numeros illos agnoſcas, multo etiam ſaepius à veritate deflexiſſe videri poſſit. Nihil autem refert hic inquirere, utrum menſurae illud vitio adſcribendum ſit, an metiendi rationi, an alii cuicunque cauſſae. Sed non potui, quin monerem, ubicunque tale quid occucurrit. Et fortaſſe aliis etiam in locis, ac de quibus monui, ubi error in re eſſe videtur, tantum in numeris reſidet. Monere autem operaeprecium non fuit, ubi tantum leviter aber-

Digitized by Google

errant, ut vel à mediocriter exercitato facile, quid designetur, perspiciatur. Et in aliquibus etiam ne aberratum quidem esse dici potest, eo quod aut numeris illis ita accurate designari res nequeant, aut designari necessarium non fuerit, quum nemo facile reperiatur, quem talis tam parva differentia moretur. Quam difficile autem sit, talibus in rebus cavere ne quicquam alicubi aberres, neque gravior error irrepat, nemo, puto, non videt: ne videar negligentiae accusare velle aut Lancisium ipsum, aut Soldatum, qui refert in monitis, Lancisium *voluisse, ut singulas tabularum particulas, quae animadversione magis dignae habitae sint, per appositos numeros fideliter ostenderet.*

Restaret nunc, ut de illis virorum clarissimorum annotationibus loquerer, quibus multa ab iis tam egregie partim explicata sunt, partim illustrata. Multa primum Lancisius protulit: qui satis non esse putans, tabulas à se diligenter secundisque avibus quaesitas, ac feliciter inventas, in lucem proferre; sumsit sibi quoque laborem notas addendi. Et, ut tradit in praefatione, *quoniam, ne frequens locorum obscuritas se in errorem duceret, saepe, maximeque est veritus; idcirco in laboris honesti societatem vocavit D. Antonium Pachionum medicum romanum, & in rebus potissimum anatomicis apprime versatum, quocum singulas tabulas iterum ad examen revocare non detrectavit; atque ubi vel minimus scrupulus (quod interdum accidit) sibi injectus est, statim imaginem cum archetypo, nempe iconem cum dissecto cadaveris membro contulerunt, & comparaverunt: in partem quoque diligentiae, curaeque accito Francisco Soldato, juvene quidem medicis studiis, cadaverumque sectionibus magnopere exercito. Neque vero, cum opportunum censuerunt, per epistolas quoque in consilium admittere praetermiserunt eximios viros Joannem Fantonum, & Joannem Baptistam Morgagnum suae aetatis in Italia experientissimos anatomicos.* Scripsitque eo tempore uterque ad Lancisium epistolam elegantem; & Morgagnus quidem uberiorem, qua de tabulis illis, deque re anatomica, praeclare meritus est. Post haec edita Morgagnus quaedam quoque attigit in adversariis suis anatomicis, epistolisque, refertis & observationibus egregiis, & eruditione. Attigit & Santorinus in observationibus, & Winslowus in expositione anatomica corporis humani, eximio laboris ac diligentiae suae monumento. Hîc autem, quae

Digitized by Google

quae praeſtiterunt, non commemorabo: exſtant ſcripta eorum, digniſſima quae ab omnibus, qui rei anatomicae ſtudent, diligenter legantur. Neque commemorabo quae alii eruditi homines ſparſim attulerunt. Quum primum edidi, data, ſpero, haec venia indicem ſcribenti: dabiturque etiam nunc denuo edenti, declinantique praeterea, quod ſatis jam occupatus, recognoſcendi operam. Annotationes autem eorum, quas quidem adhuc legerim, quoties meis obſervationibus confirmari animadverti; & quoties viciſſim illa, quae olim, ante quam ſcripta eorum prodierunt, notaveram, inveni confirmata ab iis; toties magnam cepi voluptatem non modo, ſed etiam fructum. Sed utinam ſtudium ſuum operamque, ut in aliqua, ſic in reliqua omnia contuliſſent, atque expleviſſent deſiderium, quod editis ſpeciminibus commoverunt! Quod efficere ſi voluiſſent, facile, Auditores, opera caruiſſetis mea. Atque ego etiam libenter peperciſſem ei, difficultatem timens rerum, & magnitudinem operis, niſi vobis petentibus, inſtantibusque, non ſatisfacere nefas eſſe duxiſſem. Quod ſi minus idoneus fui qui tantam rem efficerem, poterit tamen certe hoc, quod proferre auſus ſum, aliquod obſequii mei, voluntatiſque, eſſe documentum.

Digitized by Google

AD EXCELLENTISSIMUM

BARTHOLOMAEUM EUSTACHIUM

Praeceptorem Optimum

PETRUS PINUS.

OLim Pergamides velut Magiſter
Falſa ſcripta refellit inſcientis
Theſſali, methodum docens medendi;
Sic meus quoque BARTHOLUS procacem
Faſtum, & dicta refellit impudentis
Veſſali, methodum docens notandi
Quaque in particula ſitum, figuram,
Structuram, numerum, ordinem, atque nexum.
Illi poſteritas adhaeret omnis,
Et mirata colit Virum; futura
Te nobis, Pater, invidebit aetas,
Seque ortos citius volent Nepotes:
Fortunata nimis, nimis beata
Per te ſecula noſtra praedicabunt.

DE

Digitized by Google

DE USU TABULARUM.

QUanquam ad hanc explicationem meam nihil opus eſt *gradibus* Euſtachii, additos tamen volui, ne, ſi quando uſus eorum eſſet, deſiderarentur. Quod quum fecerim, etiam de modo iis utendi dicendum eſt. Et ipſe quidem Euſtachius praecipit haec.

Regulam ex charta, aut ex aere facito latitudine digitali, quae longitudine harum tabularum latitudinem exaequet: eam dividito in gradus ipſarum tabularum gradibus ac numeris reſpondentes. Sed regulam accommodabis ad lineas altitudinis tabulae, ex eo numero, quem ipſarum index oſtendit. Quo autem lineae concurrerint, angulumque effecerint, ibi quaeſitam partem invenies. Illud vero attendito in indice, locos harum partium, quae depictae ſunt, commonſtrante, priore numero altitudinem, poſteriore latitudinem ſignificari.

Poteſt etiam aut ex ferro, aut ex ligno fieri circulus planus, cujus ambitus ſit paulo major, quam longitudo tabularum, eique alterum filum rectum, & alterum transverſum ad angulos rectos protractum obducere, ac infigere oportet. Si enim ejuſmodi regulae fila, numeris altitudinis, & latitudinis in tabula deſcriptis, accommodabis, ſtatim punctum, quo fila ſeſe interſecant, partem, quam inquiris, oſtendet.

De primo autem modo Soldatus in monitis; *cum uſu*, inquit, *deprehenderimus fore, ut ſi praefata regula non prorſus illi ſimilis conſtrueretur, quae ad indicandas partes à nobis adhibita fuit, jam angulus ex concurſu linearum oriundus plus juſto anterior, aut poſterior efficeretur, qui proinde aliam ab indicata particulam tabulae demonſtraret; propterea duas regulas, quibus nos uſi fuimus, aeri incidendas curavimus, quarum quae brevior eſt, octo prioribus tabulis aptabitur, quae vero longior, in reliquis adhibenda erit.*

Addit deinde, *ſtudendum eſſe, ut librorum compactor inter pulſandas, tundendasque libri paginas, easdem quoque regulas intus reponat. Cum enim tabulae per ictus mallei paullo porrectiores in latitudine ſint evaſurae; certe, niſi etiam regulae id paterentur, jam quaeſitae partes aegre inveniri poſſent.*

Addit praeterea, ſtudendum eſſe, *ut ab eodem bibliopego praedictae regulae craſſiori chartae membranaceae ſuperinducantur, atque à libri vertice filo pendulae collocentur.* Animadvertendum tamen, regulam ex charta, quum, ut *craſſiori chartae membranaceae ſuperinducatur*, glutine illinitur, madefactam ex eo, laxari, fierique longiorem; maxime ubi ſuper craſſiorem illam chartam poſt aequaliter extenditur: & quamvis deinde, quum ſiccatur, contrahat ſe rurſus, fiatque brevior; incertum tamen eſſe, an juſtam longitudinem receptura ſit, nec ne.

Denique addit, *cum inciſoris incuria contigerit, ut non ſingulae tabulae eadem conſtent latitudine, neceſſe eſſe, ut, dum eadem regula uteris, illius principium in primo tabularum latere, ac ſupra illam altitudinis lineam, quae figuram immediate reſpicit, ad amuſſim ſemper apponas, ipſiusque finem extra alterum tabularum latus excidere facias.*

Idem de altero Euſtachii modo, *non omnibus tabulis congruere poſſe*, admonet, *cum graduum, ſeu numerorum veſtigia in baſi quoque impreſſa expoſtulet, eademque in plerisque prorſus deſiderentur.* Cui tamen modo nihil horum difficultatem affert, ſive charta tabularum tundendo fiat porrectior, ſive laxet ſe humido, ſive calore contrahat, ſive alia ſit in aliis aliisque tabulis *graduum* magnitudo; quae quidem caveri vix poſſunt.

Digitized by Google

Proponit deinde alium. *Attamen*, inquit, *si expeditiorem exoptes modum pro eodem usu tabularum, sequentem addimus. Quadrilongum planum ex charta crassiori, vel aliqua tabella construito, quod undique quamlibet tabulam aliquantulum superet; deinde illud per lineam diagonalem dividito; qua divisione duo triangula rectangula habebis, quorum alterum hoc pacto usurpabis: Latera angulum rectum comprehendentia ad lineas cum altitudinis, tum latitudinis tabulae ex iis gradibus, qui indicati sunt, ita dispones, ut angulus rectus intra tabulam incidat; quo vero idem inciderit, ibi quaesitam partem invenies.* Et expeditior quidem hic modus; quamvis tamen, triangulum illum ita apponere, aeque promptum non sit omnibus.

Ad quas difficultates tollendas, posset regula ex ligno aut aere confici, ea forma, qua littera T scribitur, constans scilicet ex regula transversa, quae transversae lineae litterae illius respondeat; & ex recta, quae rectae, quaeque ad mediam longitudinem transversae ad perpendiculum adnexa sit. *Si enim ejusmodi regulae* partem transversam *numeris altitudinis in* utroque tabulae latere *descriptis*, & simul partem rectam *numeris latitudinis* in superiore parte tabulae *descriptis*, *accommodabis; punctum, quo* pars regulae recta cum transversa *concurrit*, *angulumque efficit*, *partem*, *quam inquiris*, *ostendet*. Quo vero ad quamcunque tabularum latitudinis & altitudinis partem accommodare eo modo punctum illud posses, partem quidem rectam regulae aeque longam esse oporteret, atque ipsae sunt tabulae; transversam autem esse fere duplo longiorem, quam quanta est tabularum latitudo. Ob quam tamen longitudinem regula talis esset ad usum paulo impeditior.

Winslowus alium modum, quo usus sit, tradit in expositione anatomica, in monito de figuris. Quoniam vero, ut prompte intelligatur, tabulas, in quibus eum ex parte expressit, simul inspici necesse est; idcirco tantum indico, ex ipso petendum.

Caeterum melius facturos illos moneo, qui res in tabulis secundum *gradus* ab aliis ex Romano exemplari designatas quaerent, si quaerent in Romano, quam in descripto hoc; propterea quod, si aliquantum aberratum in *gradibus* à scalptore in hoc sit, ut facile potuit; id in errorem inducere eos alicubi posset.


BAR-

Digitized by Google


2-35

52 H


Digitized by Google




TABULA PRIMA.



TABULA SECUNDA.



TABULAE PRIMAE.



TABULAE SECUNDAE.

Digitized by Google

BARTHOLOMAEI EUSTACHII EXPLICATIO TABULARUM & FIGURARUM ANATOMICARUM

AD OPUSCULA ANATOMICA PERTINENTIUM.

Diverſae renum formae in his tabulis depictae ſunt, non quia omnes ſint monſtruoſae, ſed quia hominis natura in eis conformandis admodum inconſtans, ac varia eſt.

TABULA PRIMA.

FIGURA PRIMA.

IN prima figura renis dexter eſt major, quàm ſiniſter; parte ſuperiore uterque aequalem ferè altitudinem habet; ſiniſter enim nonnihil dextro eſt elatior, inferiore dexter ſiniſtro eſt humilior, & hoc evenit propter magnitudinem; cujus cauſa ſiniſter altior dextro dici poteſt.

A Glandula reni dextro incumbens, forma, figura, & ſubſtantia ei reſpondens, major eſt quàm ſiniſtra.

B Glandula reni ſiniſtro incumbens, ſimilis dextrae; ſed eâ minor.

CC Venae cavae truncus.

DD Arteriae magnae pars.

E Venula orta à dextra parte cavae venae ſupra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam diſtributa.

F Venula, vel à cava, vel à ſuprema parte emulgentis dextrae ortum ducens; quae partim G in ſeptum transverſum; partim H in glandulam reni dextro incumbentem; partim I in ſupernam regionem ſubſtantiae renis diſtribuitur.

K Vena emulgens dextra, humilior, brevior, & magis obliqua, quàm ſiniſtra.

L Vena ſeminaria dextra.

M Arteria dextra emulgens.

N Vas urinarium dextrum.

O Vena emulgens ſiniſtra, altius orta, longior, & minus obliqua, quàm dextra. Oriri ſolent venae emulgentes è regione duodecimae thoracis, & primae lumborum vertebrae.

P Venula à ſuperiori latere ſiniſtrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae diſtribuitur partim Q in ſeptum transverſum; partim R in glandulam reni ſiniſtro incumbentem; partim S in ſuperiorem regionem pinguis tunicae renis.

T Venula originem ducens à ſuperiori latere emulgentis ſiniſtrae juxta renem; diſſeminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.

U Vena ſeminaria ſiniſtra; orta ab emulgente.

V Arteria emulgens ſiniſtra.

W: X Arteriae ſeminariae.

Y Arteria inferior meſenterii.

Z Vas urinarium ſiniſtrum.

Digitized by Google

FIGURA SECUNDA.

Secunda figura renem sinistrum habet majorem, & altiorem dextro; licet propter magnitudinem hic videatur esse humilior.

a: b Glandulae renibus incumbentes, instar placentularum depressae, ac latae; utplurimum enim tales occurrunt: renibus formâ sunt rarius similes. Hae quandoque non renibus, sed transverso septo adhaerent, eique validè alligantur.

c c Vena cava.

dd Arteria magna.

e Venula parum supra principium emulgentis dextrae enata; inseritur tùm in dextram glandulam renis; tùm in superiorem regionem pinguis tunicae ejusdem distribuitur.

f Vena emulgens dextra altius oritur, quàm sinistra; ac simul cum arteria in quatuor ramos dividitur; & antè divisionem producit venam seminariam.

g, h Venae seminariae dextrae duo principia; alterum ab emulgente, alterum à vena cava.

i Vas urinarium dextrum.

k Vena juxta emulgentem sinistram à cava orta, quae alterum ramulum l mittit in peritonaei membranas, alterum bipartitum m inserit in glandulam reni incumbentem: unde alter ramulus n egreditur ad membranas peritonaei, alter o ad supremam sedem tunicae pinguis.

p Vena emulgens sinistra humilius oritur, quàm dextra; ac simul cum arteria in quinque ramos dividitur: & ante divisionem duo principia venae seminariae producit.

q Vena seminaria sinistra, duobus principiis ab emulgente orta: quod saepe accidit; quamvis vena emulgens in tot ramos, quot vides, semper non sit divisa.

r: s Arteriae seminariae.

t Vas urinarium sinistrum.

FIGURA TERTIA.

In tertia figura renis dexter est altior sinistro.

αα Venae cavae truncus.

ββ Arteria magna.

γ, δ Duae emulgentes venae dextrae altius oriuntur, quàm duae sinistrae; oblique deorsum, uno digito aequè distantes, ad renem tendunt; quarum inferior est minor superiori: ambae seminariam venam producunt.

ε Arteria emulgens dextra, cum superiori, & crassiori vena procedens.

ζ Vena seminaria dextra, ex duobus principiis constituta.

η Vas urinarium dextrum.

θ, ι Duae venae emulgentes sinistri lateris, magnitudine aequales, figura flexae; humilius oriuntur, quàm dextrae: quarum superior satis obliqua deorsum procedit; inferior verò parum, & penè transversa ducitur, ambaeque instar X se intersecant: eminentior enim inferius, humilior verò superius in renem inseritur.

κ Arteria emulgens sinistra; ad medium usque ductum cum superiori, & inde cum inferiori vena procedens.

λ Vena seminaria ab inferiori emulgente orta.

μ: ν Arteriae seminariae.

ξ Inferior arteria in mesenterium distributa.

ο Vas urinarium sinistrum.

T A-

Digitized by Google

TABULA II.

FIGURA PRIMA.

IN prima figura renes, magnitudine parum, aut nihil differunt; & dexter nonnihil eſt humilior; ſiniſter parum elatior.

A: A Glandulae renibus incumbentes; depreſſae, & oblongae, ac ſi eſſent duae placentulae.

BB Vena cava.

CC Arteria magna.

D Vena à cava juxta hepar originem ducens; partim dextrae glandulae reni incumbentis corpus perforat; partim ſuperficiem ejusdem perreptat.

E Venula in eandem glandulam inſerta; originem trahens ab emulgente vena juxta cavam.

F Vena emulgens dextra; ferè è regione ſiniſtrae, aut nonnihil inferiùs enata.

G Vena diſtributa in pinguem renis tunicam; orta à ſuperna parte emulgentis dextrae.

H Vena alia emulgens dextra, parum ſub priori enata; multò tamen eâdem minor.

I Vena ſeminaria dextra.

K Arteriola in dextram glandulam renis infixà; principium ſumens ab arteria emulgente.

L Arteria emulgens dextrà.

M Arteria orta ab emulgente, & in renem dextrum juxta ſecundam venam emulgentem inſerta.

N Vas urinarium dextrum juxta renem ſatis latum.

O Vena emulgens ſiniſtra; admodum magna, nonnihil altior in ortu, quàm dextra; parumper oblique procedens.

P Vena orta à ſuperiori latere emulgentis ſiniſtrae: quae dividitur in duos ramos: quorum alter Q bifidus, in medioque ſuarum propaginum arteriam continens, in ſeptum transverſum, non longe à ſiniſtro latere foraminis, per quod gula pertranſit, diſtribuitur; & antequam ad membranoſam ejus partem perveniat, cum propriis ſepti transverſi venis coit. Alter ejusdem venae ramus R partim in glandulae reni incumbentis ſubſtantiam, partim in ejus ſuperficiem, ac in ſuperiorem pinguis membranae partem diſpenſatur.

S Vena in mediam ſedem pinguis tunicae renis ſiniſtri, ab emulgente juxta renem orta.

T Vena ab emulgente ſiniſtra, fere eodem loco cum ſuperiori originem ducens, in inferiorem partem pinguis tunicae renis diſſeminatur; à qua ramulus procedit, qui cum vena ſeminaria ſiniſtra conjungitur.

Qua parte ab emulgente vena oriri ſolet ſeminaria ſiniſtra, quatuor rami ab una radice ſimul oriuntur, quorum primus U ſimul cum ipſa emulgente tendit in renem. Secundus VV ad poſteriora juxta vertebras ſurſum reflectitur: & cum ramo ſiniſtro W venae ſine pari connaſcitur: cujus ſecundi rami portio X ad latus ſiniſtrum tendit. Tertius Y ad ſiniſtrum latus iliorum deductus in proximas partes diſſeminatur. Quartus ramus Z venam ſeminariam ſiniſtram producit; cum quo portio venae per pinguem renis tunicam diſſeminatae conjungitur.

Digitized by Google

Γ Arteria ſiniſtra in ſeptum transverſum diſtributa.
Δ & Θ Arteriae meſenterii.
Λ Arteria emulgens ſiniſtra.
Ξ Arteriolae ad glandulam ſiniſtram reni incumbentem tendentes; quae communi principio ab arteria emulgente oriuntur.
Π:Σ Arteriae ſeminariae.
Φ Arteria inferior meſenterii.
Ψ Vas urinarium ſiniſtrum.

FIGURA SECUNDA.

In ſecunda figura renis dexter ſiniſtro major eſt; eodemque parumper etiam humilior.
a Glandula dextro reni incumbens, inſtar placentulae depreſſa.
b Glandula inſtar placentulae ſatis oblongae, ſiniſtro reni incumbens.
cc Vena cava.
dd Arteria magna.
e Vena à cava parum ſub hepate orta, dextri renis glandulam perforat.
f Vena ab emulgente juxta cavam originem ducens; altero ramo dextram renis glandulam penetrat: altero ejus ſuperficiem perreptat; altero in ſupremam partem tunicae pinguis diſtribuitur.
g Vena ferè in totam dextri renis tunicam pinguem diſpenſata; nam ſupremam ejus partem non perreptat: oritur ab emulgente juxta praedictam, & cum praecipuo ejus ramo propago venae ſeminariae dextrae conjungitur.
h Vena emulgens dextra.
i Vena ſeminaria dextra.
k Ramus venae ſeminariae dextrae; qui conjungitur cum ramo praecipuo venae, quae in pinguem dextri renis tunicam diſpergitur.
l Arteria emulgens dextra.
m Vas urinarium dextrum.
n Vena emulgens ſiniſtra maxima.
o Vena à ſuperiori parte ſiniſtrae emulgentis in medio ductu enata; quae hoc pacto diſtribuitur:
p Venula in ſeptum transverſum; non longè ab ejus arteria ſiniſtra, quae ſatis inſignis etiam in ſimia obſervata eſt.
q Vena glandulam renis ſiniſtri penetrans; & ejus ſuperficiem, ac pinguis ſupremam partem tunicae renis perreptans.
r, s Venulae in pinguem renis ſiniſtri tunicam, ſupra ejus medium diſtributae.
t t Ramus venae emulgentis ſiniſtrae, ſurſum juxta vertebras reflexus; qui cum altero extremo venae ſine pari coit.
u, v Portiones praedicti rami, in proximas partes diſtributae.
w Vena ſeminaria ſiniſtra.
x Ramus venae ſeminariae ſiniſtrae, in inferiorem partem pinguis tunicae renis ſiniſtri diſtributus.
y Arteria ſiniſtra ſepti transverſi.
z: Γ Arteriae ſeminariae.
Δ Inferior arteria meſenterii.
Θ Vas urinarium ſiniſtrum.

F I-

Digitized by Google

FIGURA TERTIA.

In tertia figura renis dexter ſiniſtro aliquantulum eſt humilior.

αα Vena cava.

ββ Arteria magna.

γ Glandula reni dextro incumbens, inſtar placentulae oblongae.

δ Glandula, inſtar placentulae oblongae, reni ſiniſtro incumbens.

ε Vena à cava parum ſupra emulgentem dextram ortum ducens; in tres ramos diviſa.

ζ Primus ramus, altera ſui parte, in ſuperficiem glandulae dextrae reni incumbentis diſtribuitur: altera verò eandem glandulam perforat; ac deinde ſuperiorem partem pinguis tunicae renis perreptat.

η Secundus ramus in totam fere pinguem tunicam dextri renis diſpergitur.

θ Tertius ramus in membranam peritonaei, juxta vaſa emulgentia dextri lateris diſpenſatur.

ι Vena emulgens dextra.

κ Vena ſeminaria dextra.

λ Arteria emulgens dextra humilior ſiniſtra.

μ Vas urinarium dextrum.

ν Vena emulgens ſiniſtra major, quàm dextra, & ea in origine altior.

ξ Vena ab emulgente ſiniſtra, juxta ejus principium enata in duos praecipuos ramos diſtributa.

ο Primus ramus altera ſui portione π & ρ in peritonaeum; altera σ in glandulae ſiniſtrae corpus, ac ſuperficiem; altera τ & υ in ſuperiorem partem pinguis tunicae renis ſiniſtri digeritur.

φ Secundus ramus in membranam peritonaei, circa vaſa emulgentia diſſeminatur.

χ Vena ſeminaria ſiniſtra.

ψ Vena in renis tunicae pinguis inferiorem partem.

ω Arteria emulgens ſiniſtra.

Γ:Δ Arteriae ſeminariae.


Θ Inferior arteria meſenterii.


Λ Vas urinarium ſiniſtrum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google





Digitized by Google

TABULA III.

FIGURA PRIMA.

IN prima figurâ dexter renis minor eſt, & elatior; ſiniſter multò major, & humilior; praeſertim in infima ſede: nam in ſuprema ambo parum differunt.

AA Vena cava.
BB Arteria magna.
C Vena emulgens dextra in tres ramos diviſa.
D Vena emulgens alia, duobus digitis ſub praedicta originem ſumens; quae venam ſeminariam dextram producit.
E Vena ſeminaria dextra.
F Vena alia, duobus digitis ſupra magnam cavae venae in lumbo diviſionem, principium ducens, inſeritur in humiliorem partem renis ſimul cum arteria, quae ipſam comitatur.
G Arteria emulgens dextra, ſimul cum prima emulgente vena procedens; in duos inaequales ramos diviſa.
H Arteria alia à trunco dextro magnae diviſionis in lumbo.
I Dextrum vas urinarium, quod ſimam partem renis uſque ad ejus ſummitatem perreptat.
K Vena emulgens ſiniſtra, è regione dextrae ortum ducens; ſimul cum arteria in tres ramos dividitur; nullamque ſeminariam venam producit.
L Vena ſeminaria ſiniſtra à cava enata.
M; N Arteriae ſeminariae.
O Inferior arteria meſenterii.
Interdum rene exiſtente ſatis magno, ut hic ſiniſter apparet; tres in eo ſunt cavitates, in quas urina colatur; una in ejus ſummitate, non admodum magna; altera in medio, praedictâ triplo major: tertia in infima ipſius ſede: & à qualibet earum unus oritur meatus urinarius.
PP Primus meatus urinarius à prima cavitate ortus; qui deorſum tendens uſque ad magnam arteriae diviſionem in lumbo, conjungitur cum aliis duobus meatibus.
Q Secundus ramus urinarius ortus à media cavitate; qui deorſum obliquè fertur, ferè uſque ad humiliorem ſedem renis.
R Tertius meatus amplus eſt; & ab ultima cavitate tribus principiis ortum ducit: hic parumper deorſum productus, anguſtior redditur; & primum cum ſecundo meatu coit, ac unus cum eo efficitur: deindè cum primo unitus, cum eo unum vas urinarium efformat.

FIGURA SECUNDA.

In ſecundà figura renis dexter elatior eſt ſiniſtro.
αα Vena cava.
ββ Arteria magna.
γ Vena emulgens dextra, multò altius orta, quàm ſiniſtra; ſimul cum arteria in tres ramos aequales diviſa: qui aeque diſtantes inſeruntur ſupra renis medium.

Digitized by Google

δ Vena ſeminaria dextra.

ε Vena alia emulgens, procedens à cava ſub ortu venae ſeminariae dextrae, quae transverſa ducitur; & in renem inſeritur ſub ejus medium.

ζ,η Duae aliae arteriae, ultra conſuetam, cum prima vena emulgente procedentem; ad renem dextrum tendunt.

θ Prima harum duarum arteria oritur ſupra arterias ſeminarias; & transverſa ſupra cavam venam procedens, inſeritur propè humiliorem ramum primae venae emulgentis.

ι Secunda arteria oritur ſub arteriis ſeminariis; & unà cum ſecunda vena ad renes progreditur; ac in eos inſeritur.

κ Vas urinarium dextrum.

λ Vena emulgens ſiniſtra; major, & humilius orta, quàm dextra; ubi arteriam magnam praeteriit, in duos ramos partitur, & ſinguli rurſus in alios dividuntur: altera portio primi rami inſeritur in glandulam reni ſiniſtro incumbentem, & ipſam perforat; altera in anteriorem renis partem ſupra ejus medium diſpergitur. Secundus ramus primum gignit venam ſeminariam: deinde bipartitus, altera parte ſurſum fertur; & inſeritur in renem ſupra infimam partem primi rami: altera inſeritur in eundem renem ſub ejus medium.

μ Vena ſeminaria ſiniſtra.

νν Alia vena ſiniſtra ad renem ſurſum oblique tendens; oritur à ſiniſtro trunco magnae diviſionis venae cavae in lumbo; & inſeritur in infimam ſedem renis.

ξ Arteria ſiniſtra emulgens; quae in duas partes dividitur, quarum una fertur, & inſeritur ſimul cum infima portione primi rami venae emulgentis: altera cum ſecunda parte ſecundi ejusdem venae rami.

ο Alia arteria ſimul cum ſecunda vena ſiniſtra deducta; ortum ducens à ſiniſtro trunco magnae diviſionis in lumbo.

π:ρ Arteriae ſeminariae.

σ Vas urinarium ſiniſtrum inſtar oblongae veſicae ſatis dilatatum, in anteriori ſede renis oblique poſitum; in quod plures ex rene feruntur meatus, multis interdum arenulis pleni.

FIGURA TERTIA.

In tertia figura renis dexter ſiniſtro eſt minor; qui propter magnitudinem ſupra elatior, infra humilior dextro apparet.

aaa Vena cava.

bbb Arteria magna.

c Vena emulgens dextra altius orta, quàm ſiniſtra; & eâ multò gracilior, quae in duos ramos diviſa, altero in elatiorem, altero in humiliorem partem renis inſeritur; & antequam dividatur venam ſeminariam dextram producit.

d Vena ſeminaria dextra.

e Vena altera ad renem producta, quae uno digito ſub emulgente dextra ortum ducens obliquè ſurſum tendit; & multò ſupra inſertionem prioris rami memoratae emulgentis, in renem infigitur.

f Tertia vena ad renem dextrum procedens, duobus digitis ſub ſecunda enata, & ferè transverſa ad renem producta.

gg Ar-

Digitized by Google

gg Arteria dextra ſupra emulgentem conſuetam orta, primò deorſum, deindè ſurſum procedens, quae in duos ramos diviſa, inſeritur in renis ſummitatem.

hh Arteria dextra emulgens, deorſum cum vena emulgente procedens, & cum infimo ejusdem venae ramo in anteriorem renis ſedem inſerta.

i Tertia arteria dextra, ortum ducens è regione inferioris arteriae meſenterii, & transverſa ad renem tendens.

k Quarta arteria dextri renis, enata in medio magnae diviſionis, quae in lumbo fit; obliquè ſurſum ad renis poſteriorem, & inferiorem ſedem protrahitur.

l Quinta arteria dextri renis, orta à ramo ejusdem lateris ad os ſacrum tendente; ſurſum obliquè aſcendens, in anteriorem, & imam ſedem renis inſeritur.

m Vas urinarium dextrum, in principio ſatis latum, ex quinque propaginibus conflatur; licet earum tres ſolùm appareant; quae per anteriora renis egrediuntur.

n Vena emulgens ſiniſtra, inferiùs orta, quàm dextra, ubi arteriam magnam praeteriit, in quinque ramos dividitur; quorum alter o, qui ſuperior eſt, inſeritur, tùm in elatiorem ſedem ipſius renis, tùm in glandulam ei incumbentem; undè poſtea ramulus ad membranam pinguem egreditur. Secundus p obliquè deorſum tendit, & bipartitus in anteriorem ſedem renis circa ejus medium inſeritur. Tertius q ſurſum obliquè reflectitur; & ſecundum inſtar X interſecans, inſeritur in anteriorem, & ſuperiorem renis partem. Quartus r deorſum obliquè tendens, inſeritur in anteriorem, & humiliorem ſedem renis. Quintus s reflectitur retrorſum ad lumbum; & inter primam, & ſecundam ejus vertebram ad medullam ſpinalem penetrat.

tt Vena alia ſiniſtri renis, à ſiniſtro ramo magnae diviſionis in lumbo enata; ſurſum obliquè aſcendit, & poſtquàm ramum diviſionis arteriae ejusdem lateris praeteriit, in duas propagines dividitur; quae in medio comprehendentes tertiam arteriam ſiniſtram, inſeruntur in anteriorem, & humiliorem ſedem renis.

u Vena ſeminaria ſiniſtra.

v Prima arteria ſiniſtra ad renem tendens, oritur è regione ſecundae earum, quas in dextro latere eſſe diximus. Haec juxta renem bipartita, inſeritur cum primo, & cum tertio ramo venae emulgentis.

w Secunda arteria ſiniſtri renis, oritur ſub infima arteria meſenterii; bipartitaque prope renem inſeritur, altera ejus parte ſub medium renem, altera cum quarto ramo venae emulgentis.

x Tertia arteria, oritur paulò ante diviſionem magnae arteriae in lumbo; quae inter ramos ſecundae venae ſiniſtrae procedens, ſimul cum illis in renem infigitur.

y: z Arteriae ſeminariae.

Γ Inferior arteria meſenterii.

ΔΔ Vas urinarium ſiniſtrum, ex quinque propaginibus à renibus procedentibus conflatum; oblongam veſicam, inſtar perae paſtorariae recurvatam, refert; aut threicium gladium altera parte flexum repraeſentat, hoc calculis plenum à nobis eſt inventum.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA IV.

TRes figurae venarum primo loco depictae, non modò ad tractationem de renibus pertinent, verùm etiam ad eam, in qua de vena azyga disputatur.

TRIBUS PRIMIS FIGURIS COMMUNIA.

Γ. Γ Γ Vena cava juxta cor recisa.
Δ. Δ. Δ Vena sine pari.
Θ. Θ Venae sine pari divisio circa decimam thoracis vertebram, & Λ è regione octavae, ut interdum à nobis observatum est.
Ξ. Ξ. Ξ Truncus venae cavae, qua vocatae emulgentes ab ea oriuntur.
Π Propago dextri rami venae sine pari, quae conjungitur cum vena cava, juxta ortum emulgentis dextrae, quod tamen rarò cernitur.
Σ: Φ Dexter, & sinister ramus venae sine pari, qui cum prima vena sui lateris, in lumbo sub emulgente orta conjungitur; & in tertia figura Σ: Φ. In secunda autem Σ: Φ sinister ramus conjungitur cum alio, ab emulgente orto, priusquàm producat venam seminariam.

FIGURA SECUNDA.

A Vena à sinistro cavae trunco in jugulo, sub ortu venae sterni enata, in duos ramos statim divisa; quorum major B sub arteria brachii sinistri, ad tertiam thoracis vertebram reflexus; juxta radices costarum, usque ad nonam singulis surculos offerens, perreptat; quò ubi pervenit, cum ramis venae sine pari, octavum C, & nonum D earum intervallum nutrientibus conjungitur: quod ab illis praesertim expendi debet, qui in sanguine exhauriendo fibrarum rectitudinem magnifaciunt. Minor E ramus cum sinistro septi transversi nervo incedens, in ejus lateris membranam thoracem dividentem, & in eam, quae pericardium appellatur, propagines distribuit: tribusque bifidis surculis in carnosam, eandemque superiorem partem septi inseritur.

FIGURA TERTIA.

a Ramus venae azygae, qui juxta radices costarum sursum reflexus, tertium, quartum, quintum, & sextum earum intervalla sinistri lateris nutrit.
b Vena à sinistro cavae trunco in jugulo ortum ducens, in duos ramos scissa. Quorum alter c cum sinistro nervo septi transversi procedens, in hoc, & in membranam dividentem thoracem distribuitur. Alter ramus d sub arteriam brachii reflexus, è regione quintae vertebrae thoracis, cum eo ramo a venae azygae conjungitur, quem à sexto intervallo sursum reflecti diximus.

Digitized by Google

FIGURA QUARTA.

α Renis ursinus ex pluribus quasi glandulis magnitudine cerasorum coagmentatus; quae invicem junguntur, & alligantur membranae cujusdam tenuis, ac ramorum trium vasorum beneficio. Harum divisiones replet copiosum pingue; quo remoto facile est ejusmodi particulas sine vulnere separare.

In singulas has ursini renis partes, glandulas referentes, semper ramus venae, arteriae, ac vasis urinarii inseritur.

Quilibet ramus vasis urinarii in latum finem desinit; in quem alia glandula parva, acuta, & nonnihil depressa, ex substantia renis formata, instar operculi ei incumbens, ingreditur.

β Vena, & arteria emulgens.

γ Vas urinarium.

Bubulus ren est ferè similis ursino; sed tubercula glandulis similia, non perindè in bove, ac in urso dividi possunt.

Singula vasa renis vitulini, antequàm in glandulas, seu coagmentationes dispensentur, dividuntur in duos praecipuos ramos: quorum unus sursum, alter deorsum tendit.

In aliquibus foetibus humanis reperti fuerunt à nobis renes similes bubulis, ut Aristoteles scribit.

FIGURA QUINTA.

Quandoque vidimus tres renes, unum scilicet in dextro latere, qui naturalis erat; duos verò praeter naturam in sinistro.

A Alter sinister ren praeter naturam, admodum parvus; figurae triangulae, & satis depressae, solâ substantiâ similis ei, qui naturalis est, vase urinario, & arteria destituitur.

B Alter ren sinister praeter naturam, in sinistro spinae latere situs est; & à summitate quartae lumborum vertebrae, usque ad ossis sacri initium producitur: estque in superiori parte angustior, in humiliori latior; ac vas urinarium ex posteriori sui regione producit; quamvis hoc videri in figura non possit.

CCC Vena cava.

DD Arteria magna.

E, F Duae venae emulgentes dextrae; aequales, & aequè distantes; quae arteriam in medio continent.

G Vas urinarium dextrum.

H Vena emulgens sinistra, satis gracilis, elatiorem originem habens, quàm dextra; quae sine ulla comite arteria transversa procedit.

I Vena seminaria sinistra.

K Vena orta à cava, è regione secundae lumborum vertebrae; quae transversa sub arteria procedit.

L Vena alia principium sumens parum supra magnam cavae venae divisionem in lumbo; quae etiam sub arteria transversa procedit, & cum praedicta coit.

M Vena ex praedictis duabus conflata; quae inseritur in posteriorem sedem renis, versus externum latus.


N Arteria bipartita, antè, ac retrò in superficiem sinistri renis distributa, oritur antequàm magna arteria in lumbo dividatur.


O Arteria altera, à sinistro trunco magnae divisionis in lumbo principium sumens; inseritur in humiliorem renem sinistrum simul cum vena.


TA-

Digitized by Google


Digitized by Google


TABULA QUINTA.


TABULA SEXTA.


I


I


II

TABULAE QUINTAE.


II

TABULAE SEXTAE.

Digitized by Google

TABULA V.

FIGURA PRIMA.

PRima figura renem, & ejus vas urinarium per medium divisum ostendit.

A A A A Renis substantia circa ramos vasis urinarii.

B, B, B Carunculae extuberantes, instar acutae glandulae, seu papillae mammillarum, extrema patentia ramorum vasis urinarii claudentes; quae mediae secundùm ipsarum longitudinem divisae sunt, ut cerni possint earum lineae, hinc indè velut à centro ad circumferentiam protractae; quarum causa apparent ejusmodi carunculae, ex pluribus quasi fibris concurrentibus contextae.

CC Vas urinarium cum suis ramis per medium divisum. In rene enim humano nulla alia est cavitas, praeter illam, quam vas urinarium efficit, ob concursum suorum ramorum.

D,D,D,D,D,D Rami vasis urinarii per medium dissecti; in quorum extrema orificia, instar operculi, incumbunt glandulae parvae, à substantia renum extuberantes.

E,E,E,E,E Foramina vasis urinarii, quae sine ordine distributa saepe occurrunt; parvas quoque glandulas in internam cavitatem spectantes, & ipsa admittunt.

F Foramen, & via vasis urinarii extra renem procedens.

G Vas urinarium extra renem deorsum tendens.

FIGURA SECUNDA.

Secunda figura venae, arteriae, ac vasis urinarii ramos per renis substantiam distributos ostendit.

a Vena emulgens, postquàm in renem ingressa est, in quatuor, vel quinque scinditur ramos, qui in multos alios rursus divisi, per renis substantiam vario modo dispensantur; ac invicem permixti uniuntur; & denique in tenuissimos, visumque propemodum fugientes surculos cessant. Si enim ren incisus comprimatur; apparent multae sanguinis guttae, ostendentes vasa, quae cerni non possunt, esse dispersa per renis substantiam.

b Arteria emulgens, quae simul cum vena procedens, eandem, quam illa, habet distributionem.

In hac figura apparent rami trium vasorum, remota, & abrasa tota renis substantia.

c Vas urinarium, quamprimum in renem penetrat, dilatatur, ac in duas, quandoque in tres partes dividitur; quarum una sursum, altera deorsum tendit; ambae verò in alios ramos, interdum quatuor, saepè quinque, rursus dividuntur; quò fit, ut eorum divisiones octo, vel ad summum novem, aut decem sint, quae in latum finem, instar coli rotundi desinunt.

Digitized by Google


Vas urinarium duas habet tunicas: in quarum exteriori diſperguntur multae venulae tenues, & aliquae etiam ſatis evidentes elegantiſſime diſpoſitae: quod in hac pictura oſtendi non potuit.


d, d, d, d Extrema orificia ramorum vaſis urinarii; quorum quodlibet, ut diximus, à caruncula inſtar papillae mammillarum, clauditur: circa quam unaquaeque horum ramorum extremitas connaſcitur; & quibusdam fibris ſatis validis, alteque in ſubſtantiam renis infixis adhaereſcit.


Digitized by Google

56 A


Digitized by Google


TABULA SEPTIMA.


TABULA OCTAVA.



TABULAE SEPTIMAE.



TABULAE OCTAVAE.

Digitized by Google

TABULA VI.

FIGURA PRIMA.

PRima figura oſtendit renem caninum, per medium diſſectum, abſque remotione alicujus particulae.

AAAAAA Renis circumferentia, ejusdem ſubſtantiae cum reliquo corpore.

BBBBBB Pars renis, lineis quibusdam ſubaltis, ceu fibris à centro ad circumferentiam productis exſculpta.

C, C, C, C, C, C Foramina quaedam vaſorum, quae in renis diviſione inciſa fuerunt; anteriora enim cum poſterioribus connaſcuntur.

DDDDDD Pars renis magis alba & ſubcineritia; diverſis in locis maculis quibusdam rubeis tincta, cavitatem renis, inſtar ſepti, per medium dividens.

EE Portio cavitatis internae renis.

F Foramen, & principium vaſis urinarii.

FIGURA SECUNDA.

Secunda figura oſtendit renem caninum, detracta illa parte, quae, inſtar ſepti, per medium dividit cavitatem renis.

a, a, a, a, a, a Partes renis, inter diviſiones corporis membranei exiſtentes.

bbbbbb Corpus membraneum vaſa operiens, eademque complectens; à quo cavitas renis magna ex parte efformatur.

c, c, c, c, c, c Rami praedicti corporis membranei invicem connati; qui vaſa undique ſub & ſupra complectuntur.

d Foramen, & principium vaſis urinarii.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA VII.

RENis caninus; à quo non solùm detracta est pars illa, quae cavitatem renis, instar septi, dividit; sed etiam corpus membraneum, quod in alia figura vasis erat obductum, & cavitatem internam renis, magna ex parte, efformabat.

aaaaaa Substantia renis inter ramos vasorum.

b, b, b Rami venae emulgentis; satis ampli, tenuissimam tunicam habentes.

c, c, c, c, c, c, c, c, c, c Rami arteriae, simul cum ramis venae distributi; quibus membrana subjacet, pinguedine referta; quae continua est cum propria renis tunica; sicut pinguedo cum ea, quae circa vasa extra renem est circumfusa.

Praedicti rami venarum, & arteriarum invicem non coëunt; nec degenerant in tertium corpus, ut scribit Vesalius; sed venae cum venis, arteriae cum arteriis uniuntur.

Rami venae, & arteriae passim distribuuntur per substantiam renis, & continentur à canaliculis, qui fiunt ex conjunctione corporis membranosi, & alterius membranae vasis substratae: hi autem canales, instar vaginae, manifestè apparent dispensari per renis substantiam.

ddddddd Membrana praedicta vasis substrata; à corpore membranoso, quod iisdem vasis incumbere diximus, recisa.

In ea cavitate, quae fit à corpore membranoso vasis incumbente, & à membrana iisdem substrata, multa pinguedo continetur; quae ramis vasorum undique obducitur.

e Foramen, per quod venae, & arteriae in renem ingrediuntur; & vas urinarium extra procedit.

FIGURAE PARVAE.

Duae parvae figurae, ad epistolam de organis auditus pertinentes, tria officula, in caverna ossis petrae similis recondita, & musculum motioni eorum praefectum ostendunt; superior quidem in homine, inferior verò in cane.

A. a Officulum incudi simile.

B. b Officulum malleum referens.

C. c Officulum stapedi vocatae comparatum, à Vesalio praetermissum.

D. d Musculus nemini anatomicorum non incognitus, qui in majorem processum officuli malleum referentis inseritur.

e In cane autem, non longè ab insertione, glandulam corneam adnexam habet.

Digitized by Google

TABULA VIII.

FIGURA PRIMA, ET SECUNDA.

PRima, & ſecunda figura, quasdam dextri brachii humani venas oſtendunt: & praeſertim illas, quae in profundo latitant.

A. a Truncus dexter venae cavae in jugulo.

B. b Radix jugularis internae.

C. c Radix jugularis externae.

D. d Truncus humerariae, & axillaris.

E. e Vena humeraria.

F. f Diviſio humerariae parum ſupra cubiti flexum in duos ramos; quorum interior cum axillaris ramo conjunctus, communem venam efformat.

G Propago praedicti interioris rami humerariae, quae in flexu cubiti jungitur cum profunda axillari.

H. h Venae communis ſuperficiariae radix.

I. i Axillaris ſimul cum arteria.

K. k Axillaris parum ſupra internum humeri tuberculum in duos ramos diviſio; quorum exterior cum altero humerariae ramo conjunctus, communem ſuperficiariam conſtituit.

L. l Axillaris profunda, quae plerumque oritur ſupra medium longitudinis humeri, & interdum altius, vel humilius.

M Axillaris profunda gemina eſſe ſolet, & arteriam hinc indè complecti. Interdum utraque ejus pars, in medio ferè ductu in unam coit; deinceps illicò bipartitur; & circa cubiti flexum iterùm unitur: quod Veſalius ignorat.

m Axillaris profunda ſupra humeri medium, in duas partes arteriam utrinque complectentes, dividitur; ex quibus circa cubiti flexum una efficitur; non ſolùm ut in ſecunda figura cernitur; ſed variis etiam modis, quorum nullus à Veſalio deſcribitur, aut pingitur.

N. n Axillaris profunda in flexu cubiti, aliquos ſurculos principiis muſculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo, tribuit: deinde cum ramo, O vel ab humeraria communem venam conſtituente, o vel ab ipſa communi orto, conjungitur: de qua re Veſalius nimis petulanter Galenum reprehendit.

P. p Congreſſus duarum memoratarum venarum, ſeu vena communis profunda, quae videtur dividi in tres ramos, contra Veſalii opinionem.

Q. q Humilior venae communis profundae ramus, juxtà ulnam incedens, non ſemper unus eſt; ſed interdum geminus exiſtens (quod Veſalius non animadvertit) comprehendit in medio arteriam, & ſub muſculo in octavum brachialis os inſerto procedens, vicinisque ſoboles offerens, in internam manus ſedem diſpenſatur; & omnibus digitis, vel quatuor, vel etiam paucioribus, ſurculos offert.

R. r Elatior venae communis profundae ramus, juxta radium incedens, non rarò, ſicut humilior, geminus eſt, & ſub muſculo brachiale ad magnum digitum flectente deorſum procedens, vicinisque muſculis propagines offerens in internam ſedem pollicis, vel indicis diſtribuitur.

Digitized by Google

S. s Medius ramus venae communis profundae, qui à Vesalio nec describitur, nec pingitur; inter musculos secundum, & tertium digitorum internodium flectentes, totam membranei ligamenti ulnae, & radii longitudinem perreptans, musculis ei incumbentibus surculos tribuit; & interdum geminus existens arteriam hinc indè comprehendit.

T. t Propago à praedicto medio ramo venae communis profundae circa quartam ulnae partem orta; quae ligamentum membraneum ulnae, & radii perforans, ad posteriora transit, & in musculos ab ulna procedentes, aliosque eidem incumbentes distribuitur: haec propago, quae interdum gemina est, & arteriam mediam comprehendit, oscitanter à Vesalio praetermittitur.

U. u Arteria cum axillari vena procedens.

FIGURA TERTIA, ET QUARTA.

Figura tertia, & quarta aliquot venas, & arterias dextri brachii simiae demonstrat.

A. a Truncus dexter venae cavae in jugulo.

B. b Vena jugularis interna multò minor, quàm externa.

C. c Vena humeraria, quae à clavicula, & musculo ab ea in primam costam inserto media comprehenditur; & juxta illius cum sterno articulum foras erumpit.

D. d Principium jugularis externae ab humeraria sub clavicula procedens.

E. e Alterum principium jugularis externae ab humeraria procedens, ubi claviculam praeteriit.

F. f Jugularis externa à duobus principiis enata, contra quam in homine, multò major est, quàm interna.

G. g Humeraria à musculo deltoide, & ab eo, cui mammilla insidet, operta.

H. h Divisio humerariae supra cubiti articulum.

I. i Humerariae ramus per exteriora cubiti distributus.

K. k Humerariae ramus, qui circa medium cubiti, cum alio ab axillari enato coit.

L. l Axillaris simul cum arteria, eodem modo, quo in homine internus ejus ramus, profunda est; & sub primo musculo cubitum flectente arteriam comitem habens, usque ad cubiti flexum procedit.

M. m Ramus axillaris, qui per thoracis latus sub cute dispensatur.

N Axillaris divisio non longè à cubiti articulo.

O Ramus exterior axillaris arteriam comitem habens, qui cùm alio humerariae, è regione extremae partis carnosae primi musculi cubitum flectentis, nimirum inter hunc musculum, & alium obliquum radii conjungitur.

P Propago rami exterioris axillaris, per interiora cubiti in superficie dispensata.

Q Propago, quae interdum oritur ab externo ramo axillaris ad medium cubiti tendente; & quandoque q à conjunctione ramorum axillaris, & humerariae bipartito scinditur; deinceps sub cubiti flexu, inter duos radii musculos extra erumpit, & à ligamento, quod instar membranae omnibus musculis ea in parte obducitur, usque ad radii extremum fertur.

R. r Pro-

Digitized by Google

R. r Propago, arteriâ interdum destituta, à conjunctione ramorum humerariae, & axillaris procedens, quae sub obliquum radii musculum demergitur; & cum altero ramo profundo axillaris, juxta insertionem primi musculi cubitum flectentis conjungitur.

S Interior axillaris ramus, parum supra cubiti articulum ortus, qui profundus juxta os cubiti simul cum arteria incedens, multas propagines vicinis musculis offert; & tendinem primi cubitum flectentis non longe ab ejus insertione conscendens, ramo à conjunctione humerariae, & axillaris orto, occurrit; & communem profundam efformat.

T. t Insignis ramus ex profunda, quam diximus, venarum conjunctione ortus, qui simul cum arteria juxta os ulnae sub musculis digitos flectentibus latitans, medius inter duas propagines ab eadem conjunctione ortas, ad extremam manum procedit.

u Venae axillaris divisio, quae sicut in homine, ante medium longitudinis humeri, interdum fit.

v Exterior axillaris, quae, secus quam in homine, arteriam comitem habet; & à primo musculo cubitum flectente non admodum profunda occultatur; ac parum supra cubiti articulum dividitur.

Rami humerariae, & axillaris exterioris conjunctio, juxta cubiti flexum, 27.27.

x Exterior axillaris ramus sub cute distributus.

y Interior, & profundior ramus axillaris, qui à primo musculo cubitum flectente occultatus, interdum, non aliter quam in homine, in duas propagines mediam arteriam comprehendentes, divisus, usque ad insertionem ejus musculi fertur: juxta quam ipsum conscendens, cum ramo à priori jam dicta humerariae, & axillaris exterioris conjunctione orto, coit; & venam communem profundam efformat: undè facile est Vesalii ignorantiam arguere, qui hominis, & simiae convenientiam propter ejusmodi venarum congressum turpiter ignorans, non minus temerè, quàm injustè Galenum de eis reprehendit.

FIGURA QUINTA.

Quinta figura praecipuas venas, & arterias dextri brachii canis ostendit.

a Truncus dexter venae cavae in jugulo.

b Truncus humerariae, & jugularis externae.

c Humeraria, orta à jugulari externa, parva est; & è regione medii capitis humeri à musculis occultata ad posteriora quodammodo reflectitur; & quum ad finem musculi deltoidis pervenit, à ramo axillaris d, qui major ipsâ est, adaugetur, aut potius constituitur.

e Humeraria juxta primum musculum flectentem cubitum incedens.

f Divisio humerariae supra cubiti articulum.

g Humerariae ramus per exteriora cubiti distributus, qui ferè ad inferius extremum radii bipartitur, & in manum dispensatur.

h Ramus humerariae, qui in flexu cubiti cum externo ramo axillaris conjungitur.

i Vena jugularis externa.

k Vena gracilis orta à jugulari externa, quae in superficie per posteriora scapulae deorsum incedens, juxta inferius, & posterius latus musculi deltoidis jungitur cum alia insigni vena orta ab axillari.

Digitized by Google

l Vena axillaris.

m Insignis vena orta ab axillari juxta ejus principium, quae sub cervicem scapulae ad posteriora procedens, humerariae conjungitur, & ipsam adauget, vel potius constituit.

n Vena axillaris ferè in superficie incedens, inter quam, & arteriam nervi medii sunt.

o Ramus axillaris pluribus surculis per musculos cubitum extendentes in superficie distributus.

p Ramus insignior axillaris, ferè in superficie ad flexum cubiti simul cum arteria incedens, qui cum ramo humerariae conjungitur.

q Surculus gracillimus insignioris rami axillaris, qui in superficie longioris radii musculi fertur.

r Tertius axillaris ramus, qui non longe ab alio, quem insigniorem esse diximus, supra cubiti articulum ortus, profundus cum arteria incedit; & sub insertione primi musculi cubitum flectentis, cum ramo à conjunctione humerariae, & axillaris in flexu cubiti orto, unitur.

s Ramus à conjunctione humerariae, & axillaris in flexu cubiti ortus; qui arteria destitutus, sub obliquum radii musculum demergitur; & in duos ramos dividitur; quorum interior cum tertio axillaris t jam dicto ramo conjungitur; deindè transversus u juxta os ulnae incedens, simul cum arteria ferè usque ad ulnae extremum fertur. v Exterior ramus, ut in pictura vides, dispensatur.

w Gracilis arteria simul cum ramo axillaris procedens, qui cum humeraria conjungitur.

x Arteria sine vena sub externo brachialis musculo incedens.

FIGURA SEXTA.

Sexta figura dextrum cordis ventriculum secundum ejus longitudinem incisum, cum tribus membranis orificio venae cavae praefectis ostendit; & praeterea internam partem auriculae dextrae, quae à vena cava, qua parte ei adhaeret, divisa est.

a Membrana artificii, & admirationis plena, nemini anatomicorum hactenus non incognita; quae foramini venae cavae à jecore ascendentis, quum primùm haec in dextram auriculam degenerat, praefecta est, nimirum dimidiatam partem, eamque anteriorem illius occupat; & deinceps reticulum efformat.

b Membrana cornutae lunae figuram referens, orificio majoris venae coronariae, ceu operculum ultra medium obducta, quam caeteri anatomici oscitanter praetereunt.

c Superius orificium venae cavae ad jugulum ascendentis, quae, ut Galenus scribit, ab elatiori auriculae dextrae extremo principium quodammodo sumere videtur.

Caetera, quae in hac figura continentur, ad praesentem tractationem non pertinent.

BER-

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. IX.

Digitized by Google

2-85



Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

EXPLICATIO

TABULARUM ANATOMICARUM

BARTHOLOMAEI EUSTACHII.

TABULA IX.

Corpus viri, aperto capite ac thorace cum abdomine, inſcriptisque viſceribus, quae continent.

aaa Calvaria, una cum integumentis externis, internoque, id eſt, meninge craſſa, ſecundum inferiora cerebri inciſa.

Hic videri poſſit ora inciſa altera integumentorum eſſe externorum; altera calvariae: nempe inferior eademque exterior eſſe integumentorum; ſuperior eademque interior, calvariae. Quas oras fortaſſe ob craſſitudinem earum diſtinxerit; meningem craſſam ob tenuitatem ejus non diſtinxerit. Poſſet fortaſſe etiam ora exterior videri integumentorum eſſe ſimul cum cranio; interior meningis. Utcunque ſit, parvi refert; quum videatur caput uſque ad cerebrum inciſum generatim exhibere voluiſſe, non ſectionis illius, ſed cerebri monſtrandi cauſſa. Quocirca calvariam una cum integumentis externis internoque inciſam eſſe poſui, quamvis diſtincta non appareant. Et non modo de integumentis, quae proprie vocantur, intelligendus ſum; ſed de illis ſimul omnibus, quae cranio hic loci extrinſecus adjacent. De ejusmodi autem rebus, quae momentum habere nullum videntur, ubicunque occurrent monere ſupervacuum duxi.

bc Cerebrum. b Hemiſphaerium dextrum, c ſiniſtrum.

Utrum, quod Lanciſius tradit, *ſuperficies cerebri pia matre* hic *obvelata* ſit; an potius rationem ejus Euſtachius non habuerit; ex icone non facile cognoſcas. Et licet venae, quas exhibet, piae matri revera inhaereant; potuit tamen formam tantummodo cerebri expreſſiſſe, eique inſcriptas venas illas.

d,d &c. Venae, quae truncis ſuis pertinent ad ſinum ſuperiorem meningis craſſae. e, e, &c. Conjunguntur ramis ſuis.

Venas eſſe apparet, quum hac in parte cerebri arteriarum rami contrario modo ex truncis ſuis ſurſum ducantur.

fffffffghhiikkkkkkll Thorax & abdomen à ſuperiore thoracis parte per latera continuo & aequabili in pubem ductu inciſa.

ff &c. Integumenta corporis communia truncata.

g Integumenta communia una cum ſterno truncata.

h: h Pectorales truncati.

i: i Serrati antici truncati.

k k &c. Truncatae coſtae cum muſculis intercoſtalibus, pleuraque, ac peritonaeo.

l: l Abdominis muſculi cum peritonaeo truncati.

m Thymus.

nop: qr Pulmones. n,o, p Dexter in tres fibras diviſus: q, r ſiniſter in duas.

s: t Indicatae pleurae, qua mediaſtinum vocantur, à ſterno reſectae.

Digitized by Google

Lancisius esse *duos nervos in* diaphragma *utrinque ad lineam descendentes* tradit. Certe, qui diaphragmatici appellantur, demittuntur inter pulmones & pericardium, mox ante vasa pulmonaria, ubi illa in pulmones ingrediuntur: neque in conspectum veniunt nisi pulmonibus de pericardio sublatis; eoque hic, ubi pulmones illud naturaliter ambiunt, apparere ita nequeunt. Et, non esse nervos illos, colligi etiam satis superque ex tabulae xix. K:K n°. 11. potest: ubi sinister non recta demittitur, ut hic, si illud, cui t apposui, nervus ille esset, demitteretur ante cor; sed ita à recta via deflectit, ut mucro cordis cogit. Adde quod nervos aequabili ductu ubique exprimat; non autem sic inaequabili, ut hic expressit quas puto incisas esse mediastini oras. Rudis hic earum adumbratio est. In figura autem 1. tabulae xv. expressior species; ut intelligere, ni fallor, liceat, ut in ea, sic in hac, oras illas indicari. Neque aliud anatome significat.

uw Pericardium.

Recte, puto, Lancisius pericardium esse conjecit. Confirmare potest figura 1. tabulae xv: ubi clarius expressum. Num autem, quod addit, *propter incuriam incisoris ineptissime delineatum?* Anne potius incuriosius ab Eustachio indicatum? Certe permulta, ut in praefatione exposui, indicavit potius, quam exhibuit; & quidem rudi quodam modo indicavit.

xxxx Diaphragma, ab altero latere corporis usque ad alterum truncatum.

m-x Haec illustrat figura 1. tabulae xv, in qua clarius exstant.

yy Jecur.

z Ligamentum latum jecoris, AA hac parte nascens ex eo, BB hac resectum à peritonaeo, C hac adhaerens ligamento rotundo.

D Fissura jecoris, quae admittit ligamentum rotundum.

E Ligamentum rotundum jecoris, in quod vena umbilici versa.

Adultiore nimirum aetate, cujus haec imago hominis est, ligamentum est.

F Umbilicus.

G:H Ligamenta, in quae versae sunt arteriae umbilici embryonis.

Vide annotationem ad E.

I Ligamentum, in quod urachus embryonis versus.

Vide annotationem ad E. Nequeo quin addam, quod Eustachius scripsit in examine ossium, *in humano foetu nullum urinarii meatus in umbilicum & in allantoidem perforati esse vestigium.*

KK Ventriculus.

Ventriculum hic nudum esse, anatome docet.

L, L, &c. Venarum & arteriarum gastro-epiploïcarum rami in ventriculi priorem partem ducti. Arteriae venarum comites.

MMMMMMNN Omentum, à fundo ventriculi demissum ante intestina.

MMMMMM Hac parte ante intestinum colon dependet, quod sub eo eminet: NN hac ante intestina tenuia, quae sub eo similiter eminent.

O, O, O, O, O, O Venarum & arteriarum gastro-epiploïcarum rami per omentum: qui P, P, P se inter se conjungunt. Arteriae venarum comites.

QQ &c. Intestinum ilium.

R Vesica.

Figura & locus vesicam esse indicant. Accedit eo, quod ligamentum, in quod urachus versus, pertinere ad eam videtur.


Caeterum caput, collum, artus, partesque reliquae externae, non egent interprete. Et credibile admodum mihi videtur, totam illam figuram hominis nullam aliam ob caussam exhibuisse, nisi ut haberet, cui inscriberet apertos ventres, cum visceribus, quae continent.

T A-

Digitized by Google




Digitized by Google



TAB. X.

Digitized by Google



TAB. X.

Digitized by Google

TABULA X.

FIGURA PRIMA.

Stomachus cum ventriculo, à parte priore.

ABC Stomachus, A ſtatim infra pharyngem, ut videtur, reſectus.

C Locus, ubi ſtomachus in ventriculum migrat: ex quo oſtium intus oritur, quod cardia appellatur.

DD Ventriculus.

E Portio membranae exterioris ventriculi, detracta de eo, & reflexa.

F Ventriculi membrana ſecunda, quae carnea.

Lineae, per quas expreſſa eſt, nullam aeque referunt, ac carneam. An vero pro *cruſta villoſa* habuit Boerhavius in inſtitutionum §. *77*? Jam antea Morgagnus indicaverat in epiſtola ad Lanciſium, *exteriore ſublata ventriculi tunica*, *ita ejus circulares fibras* hic *oſtendiſſe*, *ut Williſii induſtriam in tabula* III. *ventriculi concinnanda praeverterit.*

G Membrana, ut opinor, illa, quae continuata membranae externae ventriculi, principiique duodeni, ab iis ad jecur pertinet. H Membranae illius ora libera, à pyloro ante duodenum ad jecur pertinens.

I Membrana, ut opinor, illa, quae continuata membranae externae ventriculi, ab eo ad pancreas pertinet.

K Ejusmodi peritonaei partem invenio, quae ſtomachum, ubi is per diaphragma penetravit, finitimamque ſiniſtram ventriculi partem, annectit à ſuperiore parte ad diaphragma, aliisque etiam ad jecur: à latere autem ſiniſtro, ad vicinam ſuperiorem lienis partem.

GHIK Hae membranae quid ſint, poſtquam diu multumque in corporibus quaeſiveram; viſum eſt, eſſe illas, quas dixi.

Pylori locus plenius apparet in figura III. D.

FIGURA SECUNDA.

AAA Jecoris pars prior ſurſum reflexa, exhibitaque parte interiore, quae ſinuata.

B Ligamentum rotundum, in quod verſa vena umbilici.

C, C Referunt ramos illos, qui à ramo venae portarum ad venam umbilici pertinente ducuntur in jecur, juxta venam umbilici.

Lanciſius, *venam* eſſe *umbilicalem diſſectam.* Bianchus autem, hiſtoriae hepaticae animadverſione ad figuram III. tabulae ſuae VIII, *an Euſtachius pro trifido vaſe illo*, *ſeu in tres ramos*, *ad ingreſſum in hepar diviſo*, *venam umbilicalem ſignificare voluerit*, *probi anatomici viderint.* Ad quae Morgagnus primum notavit haec, in epiſtola anatomica I. *74*. *Illud primum*, *quod Lanciſium*, *opinor*, *movit*, *ex anatome perſpicuum eſt*, *nullum eo loco vas ejusmodi craſſitudinis ſubire jecur*, *praeter venam umbilicalem. Neque aliud voluiſſe Euſtachium*, *altera ejus figura commonſtrat*, *quae in proxima ipſius tabula ſequitur*, *ac numero* IV. *deſignatur. Si enim hanc eodem quo illa poſitu*, *locatam fingamus*, *ſique jecoris fiſſuram*, *ſi iſthmum*, *ſummae fiſſurae latera committentem*, *in utraque attendamus*; *ut in hac ibi nullum aliud vas*, *niſi umbilicalem venam*, *membraneo liga-*

Digitized by Google

mento annexam, ostendisse videbimus, sic in illa quoque nullum aliud ibidem vas, nisi eandem venam, ab ligamento jam liberatam, voluisse Eustachium ostendere, non difficile conjiciemus. Cur autem in vena illa, sic liberata, & fortasse etiam versus jecinoris limbum aliquantum protracta, supremam partem pinxerit trifidam, sive singulos se minores ramos ab singulis lateribus in hepar mittentem; certam quandam mihi posse videor ex anatome conjecturam afferre. Ac deinde egregie explicat paragrapho sequente: *Solitum se esse*, inquit, *invenire, sinum venae portae, cum à dextero jecinoris lobo ad sinistrum se extendens, contra interjectam utrique lobo fissuram pervenit, se ipsum, aut potius quendam quasi ramum ex ima sui parte deorsum mittere, qui obviam scandentem umbilicalem venam mox infimo suo extremo sic excipiat, ut non facillimum saepe sit utriusque fines statuere, praesertim cum venae summa pars (quod nonnunquam observaverit) non prorsus adhuc in adultis occlusa est. Ex ejusmodi igitur ramo, in quem ipsa umbilicalis vena recta producitur, & quidem prope hujus venae finem, cum alios minores ramos ab anteriore, seu superiore facie oriri, tum duos praecipuos ab lateribus recedere, singulos ab singulis; ut haud raro, extrinsecus inspiciendo, non absimilem effici figuram viderit ac si vena umbilicalis in fine trifida esset, quemadmodum ab Eustachio in eo iconismo videatur repraesentari. Etsi vero ramum illum sinus, duobus ramis interjectum, prae his invenire solitus sit crassiorem, quam Eustachius delineavit; ab singulis autem lateribus non singulos semper praecipuos ramos, sed binos interdum compererit; saepe vero non sursum, sed deorsum potius oblique ductos invenerit; nunquam tamen haec quaesivisse (quaesivisse autem in adultorum jecinoribus saltem decem) quin si extrinsecus spectaret, illa se se sibi species offerret venae umbilicalis quae in summo hinc, & hinc ramos emitteret; si vero intrinsecus scrutaretur, sinus caveam deprehenderet se se manifesto demittentem in occursum illius venae, iisque ramis initium praebentem.* Et mox subjicit, eos, *qui diducta jecoris fissura, hujusque isthmo, ne ulla ex parte obstet, dissecto, umbilicalem venam ad suum usque finem persequentes, qui rami denique hinc, & hinc in summae fissurae latera, eamve viciniam immittantur, inquirant; mox autem trunco venae portae, & continuato sinu à sinistris aperto, sectionem ad venam usque umbilicalem deducant, eorum quos dixerit, ramorum oscula perquirentes:* eos, *si in istiusmodi perquisitionibus fuerint diligenter versati, cum facile secum conjecturos quid Eustachius per trifidum illud vas significare voluerit, tum percepturos, cur ejusdem vasis truncum Lancisius venam umbilicalem appellarit.*

D Isthmus jecoris. Sub quo sinus est, per quem ducitur venae portarum ramus ad venam umbilici pertinens.

E Cista fellis.

F Canalis cysticus.

G Canalis hepaticus.

H Canalis choledochus.

II Venae portarum truncus.

K Arteria hepatica; quae antequam in jecur penetret, in ramos duos dividitur. Vide v figurae II. tabulae XXVII, & l figurae I.

Reliqua viscera à parte priore exhibita sunt, positu integro.

LL Ventriculus.

MMM Venae & arteriae gastro-epiploïcae dextrae & sinistrae, continuatae in-

Digitized by Google

inter se, ut e p figurae II. tabulae XXVII. Ab iis rami in ventriculi partem ducuntur priorem N, N, N, N, N, N, & posteriorem O, O, O, O, O, O.

Trunci earum non comitantur se alter alterum, ut figura II. tabulae XXVII. Videatur fortasse illo modo tanquam inhaerentes omenti principio exhibere in hac decima voluisse. Ni quid potius de flexuoso vasorum ductu suspicari libeat. Certe vasa in ligamento uteri rotundo eodem modo exhibuit in figura I. tabulae XIV: flexuosa autem in tabula XIII. ζθ, & κξ.

P, P, P, P, P Rami venae & arteriae coronariae ventriculi.

Q Continuati rami, alter venae coronariae, alter gastro-epiploïcae sinistrae.

R Lien.

SS Mesocolon.

Omenti portionem Lancisius. Est, quam *inferiorem omenti membranam* Vesalius vocat; & ejus quidem pars illa, *quam mesenterii loco ipsi colo intestino esse* tradit, *qua id ventriculo exporrigitur:* de qua agit in capite IV. libri V. de humani corporis fabrica. Haec membrana, quae mesenterii pars est, quam mesocolon nunc appellamus, primum pone ventriculum sita; qua parte deinde infra ejus fundum ad colon pertinens est, ea exhibita hic est. Fortasse Lancisius *à ventriculi fundo propendere*, membranae illius melius designandae caussa, tradit: illam scilicet, quae à loco fundi illius veluti *propendere* in icone appareat, omenti portionem esse. Revera *propendere* voluisse vix credam. Ignorare enim non potuit, à fundo ventriculi *propendere* omenti membranam illam, quam *superiorem* Vesalius vocat; eamque, contra quam in hac icone membrana illa de qua dicimus, *propendere* à ventriculo inde ubi vasa gastroëpiploïca M M M secundum fundum ventriculi ducta. Mesocoli portionem esse, confirmare glandulae possunt, quae hic inscriptae.

T, T, T, T, T, T Venae & arteriae mesocolicae.

V, V, V, V, &c. Glandulae mesocoli.

W X Y Intestinum colon: cujus hic X flexus est juxta jecur. Y Hic colon lienem subit.

Z Unum ex ligamentis, quae per coli longitudinem ducta.

a a a a Jejunum, & ilium.

b c d Intestinum colon. c Ejus flexus, qui circa pelvem est. d Flexus postremus.

e Intestinum rectum.

f Unum ex ligamentis coli, quae per longitudinem ejus ducta sunt, ex filis rectis constantia. g Hac parte latescit, fitque carnosius; eique adjunguntur h, i coli ligamenta reliqua duo, similiter latescentia, ac carnosiora: unaque ex iis k vagina fit carnea, ex filis rectis constans, quae intestinum rectum continet.

l: m Levatores ani.

n Sphincter ani.

Sphincterem internum indicare voluisse videtur, alium omnino atque illum, cui p tabula XXXVII. inscripsi: ut qui externus est. Neque tamen Santorinum scripsisse ignoro, *à se ipso* Eustachium *diversum esse*, *dum eundem sphincterem*, quem scilicet tabula XXXVII. exhibeat, *eodemque positu in* hac *tabulae* X. *figura* II. *&* IV. *aliter delineet.* Observationum capite X. §. III.

o Locus, cui prostata adjacet.

p Anus.

Digitized by Google

FIGURA TERTIA.

Stomachus cum ventriculo, duodeno, & pancreate, à parte posteriore. Stomachus & ventriculus iidem, qui figura I.

A Stomachus.

B Locus oris ventriculi, quod cardia vocatur.

CC Ventriculus.

D Ventriculi & duodeni confinium, ubi duodenum incipit. Qui locus extrinsecus strictior est; intusque ibi os ventriculi, quod pylorum appellant.

E Intestinum duodenum, F hic truncatum.

GHI Pancreas. GH Hac parte situm pone ventriculum; HI hac ad duodenum applicatum.

KLM Canalis choledochus. K Ejus principium truncatum. L Hac parte per pancreas pertinet. M Hac in duodenum penetrat.

Quomodocunque hanc iconem considero, nihil, fateor, invenio, ex quo de canali pancreatico, aut de quadam ejus parte suspicari quid possim. Siquidem quaecunque in pancreatis imagine sunt lineolae, & puncta, & umbrae, nil nisi glandulosam illam inaequabilem pancreatis speciem significare possunt. Quid igitur *suspicionem praebere* Lancisio potuit, *Eustachium non latuisse ante Wirsungum à pancreate proprium ductum una cum choledoco intra duodenum ferri?* Canalem certe, cui K apposui, *ductum choledocum* esse ipse tradit.

FIGURA QUARTA.

Intestina crassa, positu integro, à parte priore.

A Extremum intestinum ilium, non longe à colo truncatum.

B Intestinum vermiforme, caecum multis.

C Crassorum caput, hoc est, principium: quod aliqui caecum appellant.

DEFGHIK Colon. E Ejus flexus, qui juxta jecur est: F qui juxta lienem: I qui circa pelvem: K postremus.

L Rectum.

MMMMMM Ligamenta, quae per longitudinem coli ducta, ex filis rectis constantia.

Ad hanc, & ad quintam, Valsalva, qui optime de re anatomica est meritus, notavit in dissertatione anatomica I. I. VIII. *Eustachium, si verum fateri velimus, duas tantum productiones* (nempe *fibrarum carnearum intestini recti per totum colon*) *cognovisse videri, non tres, ut revera observentur: &, ni fallatur, quae sub mesocolo lateat, illam nempe quae ipsum latuerit, productionem fuisse.* Tres autem cognovisse colligere ex hoc possumus, quod in hac IV. figura, & in V. & II. praeter mediam illam, manifestamque, indicia infra exhibeat à lateribus ejus secundae & tertiae: quarum hoc intestini positu apparere plus nequit.

N Inde ligamentum hoc sensim dilatatur, fitque carnosius. Eique adjunguntur O, P coli ligamenta reliqua duo: quae similiter & latescunt, & fiunt carnosiora. Unaque ex his tribus fit Q vagina carnea, quae ex filis rectis constat, rectumque intestinum continet.

R:S Levatores ani.

T Sphincter ani.

V Ex-

Digitized by Google

V Extremum inteſtini recti.
W Ani interiora.

FIGURA QUINTA.

Eadem craſſa inteſtina, ſimiliter à parte priore. Varietatem exhibet tum ſitus capitis craſſorum, tum flexuum ductusque coli. Quae omnia cognoſci facile poſſunt, ſi haec icon cum proxima ſuperiore conferatur.


Fortaſſe Lanciſius *delineare inteſtina craſſa facie poſtica* ob hanc cauſſam putavit, quod coli flexus inferiores duo contraria ratione poſiti, atque in figura IV. Sed ſatis, puto, ex ſitu capitis craſſorum, extremique ilium, non à parte poſteriore expreſſa hic eſſe apparet, ſed à priore.

A Inteſtinum vermiforme, B continuatum capiti craſſorum.
C Vagina carnea recti, è ligamentis coli nata.

Digitized by Google


2-35

Digitized by Google



TAB. XI.

Digitized by Google



TAB. XI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XI.

FIGURA PRIMA.

MEſenterium cum venis, arteriis, & glandulis meſentericis, inteſtiniſque. Explicatum eſt, inteſtinaque in circumferentiam reclinata.

AAA Inteſtinum colon in ſuperiora reclinatum.

B Unum è ligamentis coli.

Vide M figurae IV. tabulae X.

CCC Jejunum & ilium, in circumferentiam reclinata.

D Coli flexus, qui circa pelvem eſt, poſitu integro.

E Ligamentum coli.

Vide M figurae IV. tabulae X.

F Rectum, poſitu integro.

Videri poteſt indicaſſe in eo vaginam carneam è ligamentis coli natam: quae plenius in figura II. IV. & V. tabulae X.

G Meſenterium explicatum, ſed tamen rugoſum. H, H, H, H, &c. Rugae, ſeu plicae ejus, non plane explicati.

II Arteria meſenterica ſuperior.

Eam eſſe, haud obſcure ex figura II. & IV. tabulae XXVII. comparatione facta apparere poſſe videtur.

K Vena meſenterica. Vena haec, & arteria meſenterica ſuperior concomitantur altera alteram, unaque quaquaverſum in meſenterium ramis ſuis ducuntur.

L, L, &c. Rami earum, qui continuati non eſſe videntur, ob plicas meſenterii.

Quominus venas cum arteriis comitibus haec eſſe putemus, non multum obſtat hoc, quod vaſorum alterum altero ita exilius exhibitum non eſt, ut arteriam vena comite exiliorem ſoleat. Nam ſic quoque hac ipſa in icone ramos aliquos venae & arteriae meſentericae minores videmus, ubi arteria vena comite exilior non eſt. Fortaſſe in exprimendis ramis illis, qui ob plicas meſenterii interrupti eſſe videntur, fuit incurioſior.

M, M, M, M, &c. Glandulae meſenterii.

FIGURA SECUNDA.

Pancreas cum meſenterio.

A Pancreas.

Habitu hoc non abſimile eſt pancreati figurae III. tabulae X: & ad ſuperiorem partem meſenterii, ut pancreas, locatum eſt.

BBB Meſenterium totum, tum qua parte ei jejunum & ilium adhaerent, tum qua craſſa. Poſitus integer, à parte priore.

CC Pars pancreati adhaerens.

DEFGH Huic orae inteſtina adjunguntur: à D ad E, jejunum & ilium: ab E per FG ad H, craſſorum caput, colon, rectum.

I, I, I, &c. Glandulae meſenterii.

K, K, K, &c. Plicae meſenterii non plane explicati.

Digitized by Google

FIGURA TERTIA.

AA Jecur à priori parte, positu integro.
B Ligamentum jecoris latum. CD Per hunc ductum adhaeret jecori: E per hunc ligamento rotundo.
F Ligamentum jecoris rotundum.

FIGURA QUARTA.

Jecur à parte sinuata.
AB Jecoris pars sinuata. A Pars finistra, B dextra.
C Ligamentum, per quod jecoris pars finistra annectitur ad finistram diaphragmatis.

Hoc, & cui E inscripsi, ligamenta esse, quamvis dubium mihi primum fuerit, tamen, quum ante oculos jecur habui, inclinari me sensi ad credendum, illa esse, quae dixi.

DDDD Hinc resectum peritonaeum, quo jecur ad diaphragma proxime alligatur.

Alligatur dexter renis, tum septo transverso, tum jecori; illi, prope eam regionem, in qua jecori connascitur. De renibus capite XIII.

E Ligamentum, per quod dextra jecoris pars alligatur diaphragmati.

Nec procul ab eo vinculo, quo hepar in dextra parte septo annectitur. De renibus capite XIII. Qui locus huc pertinere posse visus est.

Vide annotationem ad C.

FH Vena cava inferior: resecta F supra jecur, & H infra.
G Portio jecoris, quae venam cavam complectitur.
II Sinus, per quem in embryone pertinet canalis venosus: qui postea ligamentum fit. Eidem sinui, oraeque sinus proximi K, adhaeret omenti portio, interjecta oris ventriculi.
K Sinus, in quem venae portarum, arteriae hepaticae, & canalis hepatici rami pertinent, qui in finistram maxime jecoris partem ducuntur.
L, M Jecoris eminentiae, inter quas vena portarum penetrat.
Inter GIILMH Spigelii quem appellant lobulum.
N Vena portarum, ante jecur rescissa.
O Canalis hepaticus.
P Canalis choledochus.
Q Canalis cysticus, qui cum hepatico conjungitur.
R Cista fellis, quae fundo suo dependet infra jecoris oram.
SSS Per hunc tractum jecori adhaeret peritonaeum, qua reni dextro superinductum crassius est, ac duodenum & colon ad jecur per id alligantur.

Alligatur dexter renis, tum septo transverso, tum jecori, — huic, in simam ejus partem membraneo vinculo injecto. De renibus capite XIII.

Quanquam à viris clarissimis non nisi aegre dissentio, & tunc dissentio aegrius, quum obscuritas aut ruditas figurae nonnullam in dubitationem adducere nos potest; hic tamen aliter, atque iis potuit, mihi videtur. Equidem quum illud, quod inter cistam fellis & lineas, quibus SSS apposui, interjectum est, considero, & cum cista comparo, talem esse speciem fateor, ut videri omnino posset exterior cistae tunica detracta esse, superque je-

Digitized by Google

jecur explicata; quamvis tamen angulus ille juxta S mediam non ita respondeat. At contra, quum idem illud, quod tunica videri illa possit, jecori continuatum apparere ibi loci, ubi S mediam apposui, considero; atque etiam evidentius à superiore parte inter cistam & locum illum, cui S superiorem apposui; diffiteri nequeo, jecur videri potius, quam membranam quandam de cista detractam, superque jecur explicatam: cujusmodi membranam exprimere si voluisset, lineis eam ad loca illa duo, quae dixi, terminaturus, eoque à jecore distincturus fuisse videretur. Quum deinde ad hoc attendo, circa illum locum, cui SSS apposui, jecori peritonaeum adhaerere, qua reni dextro superinductum, quaque duodenum & colon ad jecur alligat; atque illo quidem ductu, quem icon exhibet, & saepe alias adhaerens invenisse me, & nunc etiam videre; ac simul perpendo quod Eustachius in tractatione de renibus capite XIII. scribit, *alligari dextrum renem jecori, in simam ejus partem membraneo vinculo injecto*; videor mihi non temere, neque levi conjectura ductus, illum ipsum locum, ubi *vinculum* illud *injectum* sit, hic significari existimare; ubi nimirum, quod ex corporibus descripsi, adhaeret peritonaeum, qua reni dextro superinductum crassius est, quaque duodenum & colon ad jecur alligat: quamvis alia atque alia loci illius aliis atque aliis esse soleat forma.

T Isthmus jecoris, sub quo sinus est, continuatus illi, cui V adscripta. Sub isthmo, tanquam ponticulo, per sinum ducitur ramus venae portarum ad venam umbilici pertinens.

V Sinus jecoris, per quem pertinet in embryone vena umbilici; postea, in quod vertitur, ligamentum rotundum.

W Fissura jecoris, venae umbilici in embryone non impediendae caussa.

X Ligamentum rotundum.

Y Ligamentum latum, rotundo per longitudinem adhaerens.

FIGURA QUINTA, SEXTA, ET SEPTIMA.

An lienis? Difficilis de his conjectura.

FIGURA OCTAVA.

Lien, gibba parte expressus.

FIGURA NONA.

Idem lien, à parte sinuata.

A Sinuata pars, qua ventriculo adjacet.

BB Incisura esse videtur, ubi ad lienem membrana adhaeret, qua ventriculo alligatur; atque arteriae venaeque ac nervi in lienem penetrant: nisi indicium sit adhaerentis membranae illius.

Etsi Eustachio plurimum libenter tribuo, dissimulare tamen nequeo, quoties in liene hominis has lineas quaesivi, toties nihil me invenisse, ex quo suspicari hoc possem, quod proponit Lancisius, *an in viventium, quae interdum secuerit, animalium lienibus vasa lymphatica subolfecerit:* neque persuadere mihi potui, *vasa nonnulla* esse.

Digitized by Google

FIGURA DECIMA.

Rene medio per latitudinem à parte gibba simam versus aequaliter dissecto, diductae partes illae duae. Itaque ut reliquum renis, sic papillae, pelvis rami, ipsaque pelvis bipartita.

A A Exterior renis pars.

BBB &c. Pars renis, quam corticem appellare possumus. Extrinsecus papillas continet, interfertaque iis.

C, C, &c. Papillae: in quibus lineae, hoc est, fistulae uriniferae. D, D, &c. Extrema papillarum, quae inserta in extremos pelvis ramos.

Laxa est & inaequabilis renum substantia, qua parte rami vasis urinarii desinunt; ibi enim caruncula quaedam parvam glandulam referens est, cuique eorum ramorum extremo, instar operculi circumposita: has vero carunculas, si secundum earum longitudinem dissecaveris, mirum tibi naturae artificium fiet manifestum, omnibus fere aliis anatomicis incognitum: nimirum videbis quosdam sulcos & canaliculos, non secus ac pilos tenuissimos, elegantissime in iis exsculptos, per quos non dubito, lotium in urinarii meatus ramos percolari; num autem ejusmodi canaliculi, à tenuissimis venis & arteriis fiant; an in ipsa renum substantia, perinde ac foramina in papillas mammillarum, sint excavati, difficile est ex anatome judicare. De renibus capite VII.

E, E, &c. Pelvis rami.

F Pelvis. G Hic angustata, & in ureterem migratura.

FIGURA UNDECIMA.

Vesica, una cum urethra, continuo per longitudinem ductu à priori parte incisa est, & diducta.

A priori parte incisa esse, ostia declarant ureterum D: D.

A A Vesicae pars exterior. B B Pars incisa. C Capacitas.

D: D Ostia ureterum, quibus in vesicam patent.

Vasa urinaria in posteriorem vesicae partem, à glandula, & à se invicem spatio duorum digitorum distantia, inseruntur, quae oblique deorsum per ipsius vesicae corpus, quanta est latitudo parvi digiti, ad interiora producta, in ejusdem vesicae cavitatem penetrant, nullaque membrana, aut operculo proprie obducuntur, sed obliquum ingressum solummodo in vesicam faciunt, ejusdem substantia laxata aut perforata, cujus beneficio urina sponte in eam confluit, retro vero commeare nequit. De renibus capite XX.

E: E Ureteres.

Integro non sunt positu. Confer tabulae XII. figurae VII. W.

F: F Vasa deferentia.

Integro non sunt positu. Confer tabulae XII. figurae VII. Z: Z.

G: G Vesiculae seminales.

Integro non sunt positu. Confer tabulae XII. figurae VII. a: a.

H I Urethrae interiora.


K K Corpus spongiosum urethrae incisum una cum urethra.

An incisam quoque cum iis prostatam exhibere voluerit circa vesicae quam vocant cervicem; quamvis non alienum videatur suspicari, tamen ob figurae ruditatem non satis liquet.

T A-


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XII.

Digitized by Google



TAB. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XII.

FIGURA PRIMA.

HAec, quantum ad renes, renes quos vocant ſuccenturiatos, truncum aortae & cavae, arterias & venas emulgentes, earumque ramos, reſpondet primae tabulae primae.

A *Renis dexter eſt major, quam Æ ſiniſter; parte ſuperiore uterque aequalem fere altitudinem habet; ſiniſter enim nonnihil dextro eſt elatior, inferiore dexter ſiniſtro eſt humilior, & hoc evenit propter magnitudinem; cujus cauſa ſiniſter altior dextro dici poteſt.*

BB: BB *Vas urinarium dextrum*, & *ſiniſtrum.*

C: C *Glandula reni dextro incumbens, forma, figura, & ſubſtantia ei reſpondens, major eſt, quam ſiniſtra. Glandula reni ſiniſtro incumbens, ſimilis dextrae; ſed ea minor.*

D D *Venae cavae truncus.*

E E *Arteriae magnae pars.*

F *Venula orta à dextra parte cavae venae ſupra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam diſtributa.*

G *Venula, vel à cava, vel à ſuprema parte emulgentis dextrae ortum ducens; quae partim* H *in glandulam reni dextro incumbentem; partim* I *in ſupernam regionem ſubſtantiae renis diſtribuitur.*

K *Vena emulgens dextra humilior, brevior, & magis obliqua, quam ſiniſtra.*

Solet in hominibus & in ſimiis una vena unaque tantum arteria utrique reni magna ex parte contingere. De renibus capite xv.

Conſueverunt venae & arteriae renum magna ex parte non prius in ramos diſcindi, quam eorundem cavum ingreſſae ſint. De renibus capite xvii.

L *Arteria dextra emulgens.*

M *Arteria emulgens ſiniſtra.*

N *Vena emulgens ſiniſtra, altius orta, longior, & minus obliqua, quam dextra.*

Vena, quae ſiniſtrum renem adit, ex ſuperiore & inferiore ſede ramos emittit; ex ſuperiore ut plurimum conſuevit, alterum quidem O *in medio ſuae longitudinis ductu, alterum vero* R *juxta ipſius inſertionem producere; ex quibus prior* O *in ſuperiorem partem membranae pinguis, uſque ad renis longitudinis medium* Q, *& in ipſam glandulam reni incumbentem* P, *ac denique in ipſum ſeptum transverſum* (Θ tabulae xxv. n°. 11.) *ſurculos ſpargit, qui interdum inſignes occurrunt, & cum ejusdem ſepti venis, mira naturae ſolertia, coëunt atque uniuntur; poſterior vero idemque ſuperior ramus* R, *in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco emulgens vena ex media ſede vas ſeminarium* S *producit; quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque ſimul emulgente hoc fieri conſpicimus: & haec quidem ea vaſorum diſtributio eſt, quae frequentius occurrit.* De renibus capite xvi.

O *Venula à ſuperiori latere ſiniſtrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae diſtribuitur partim* P *in glandulam reni ſiniſtro incumbentem; partim* Q *in ſuperiorem regionem pinguis tunicae renis.*

Digitized by Google

R *Venula originem ducens à superiori latere emulgentis sinistrae juxta renem; disseminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.*

S *Vena seminaria sinistra, orta ab emulgente.*

T *Vena seminaria dextra.*

U: V *Arteriae seminariae.*

W: W, W An vasa spermatica conjuncta inter se per membranam, quam cellulosam nunc appellant?

X, X, X: X Arteriarum & venarum spermaticarum conjunctiones.

De ramis, quos arteriae & venae spermaticae, antequam ad testes pervenerint, emittunt, vide Ξ & 30. tabulae XXV. n°. 11.

Y: Y Funiculi vasorum spermaticorum.

Z *Arteria inferior mesenterii.*

a: a Arteriae iliacae.

b, b: b Venae iliacae.

c: c Venae hypogastricae.

d, e: d, e Radices ramorum venarum hypogastricarum, qui expressi tabula XXV. A: A n°. 11. Comparatio docere videtur.

f: f Venae, quae X tabulae XXVI. n°. 11.

g: g Venae, quae ab hypogastricis emissae, ad vesicam pertinent.

h Alia vena ab hypogastrica sinistra emissa; quae ad vesicam pertinet, ramisque cum ramis superioris g crebre conjungitur. Hujus loco in dextro latere

i Vena, quae ab iliaca dextra infra hypogastricam emissa, ad dextram vesicae partem pertinet, conjungiturque, ut illa, cum superiore g.

k Vena insignis, nata ex ramis venarum g, g, h, i ante prostatam confluentibus.

l: m Venae ab hypogastricis emissae, quae cum vena k ad radicem penis conjunguntur. Ex quo fit

n Vena azyga, per longitudinem dorsi penis ducta.

o: o Arteriae hypogastricae.

p: p Radices arteriarum umbilici.

q: q Rami arteriarum hypogastricarum, qui comites venarum f: f. Iidem, qui comites venarum X tabulae XXVI. n°. 11.

r: r, s: s Rami arteriarum hypogastricarum, qui cum venis g: g, h: i ad vesicam pertinent, ramisque suis conjunguntur inter se.

t u: t u Arteriae ab hypogastricis emissae, quae ad priorem partem radicis penis pertinent, ac deinde u: u venam azygam n per dorsum penis comitantur.

v Vesica.

w Ligamentum, in quod urachus versus.

x x Prostata.

y: y Capita penis.

Lancisius, esse *musculos penis*, *erectores nuncupatos.* Capita penis, quibus ab ossibus pubis oritur, ni fallor, video, rudi modo indicata. Praeterea in dextra parte nullam video notam, ex qua de erectore suspicari possim. In sinistra videri possit cum capite penis erector exhibitus esse, distinguente quasi lineola per longitudinem ducta.

z Bulbi urethrae rudem adumbrationem esse puto.

α Penis.

β: β Vasa deferentia.

γ: γ Epididymides.

δ: δ Testes.

F I-

FIGURA SECUNDA.

Teſtis dexter à parte priore.
a Teſtis.
b Vas deferens.
c Epididymis.
d Alterum horum vaſorum videtur eſſe vena ſpermatica, alterum arteria.
e, f, g Rami per vas deferens.
f Hic continuatio eſt rami f figurae v.
g Hic continuatio rami e, vel g figurae v.
h, h, h Rami, qui ducuntur per membranam teſtis, quae vocatur albuginea.

FIGURA TERTIA.

Haec, quantum ad renes, truncum aortae & cavae, arterias & venas emulgentes, ac ſpermaticarum principia, reſpondet ſecundae tabulae primae.
A: B *Secunda figura renem ſiniſtrum* B *habet majorem, & altiorem dextro* A; *licet propter magnitudinem hic videatur eſſe humilior.*
C C *Vena cava.*
D: D Venae iliacae.
E E *Arteria magna.*
F: F Arteriae iliacae.
G: G Venae emulgentes.
Vena emulgens dextra altius oritur, quam ſiniſtra; ac ſimul cum arteria in quatuor ramos dividitur; & ante diviſionem producit venam ſeminariam.
Vena emulgens ſiniſtra humilius oritur, quam dextra; ac ſimul cum arteria in quinque ramos dividitur, & ante diviſionem duo principia venae ſeminariae producit.
Perſaepe venas & arterias renum *in medio ductu in duos aut tres, nonnunquam etiam in quatuor aut quinque aequales ramos ſolvi obſervavimus, qui quidem rami ad renes, qua parte ſimi ſunt, producti, quaſi anchoris quibuſdam jactis in eorundem cavitatem inſeruntur.* De renibus capite XVII.
H H: H Arteriae emulgentes.
I K L *Vena ſeminaria ſiniſtra* L *duobus principiis* I, K *ab emulgente orta: quod ſaepe accidit; quamvis vena emulgens in tot ramos, quot vides, ſemper non ſit diviſa.*
M N O *Venae ſeminariae dextrae* O *duo principia; alterum* M *ab emulgente, alterum* N *à vena cava.*
P: Q Q *Arteriae ſeminariae.*
R An vaſa ſpermatica conjuncta inter ſe per membranam, quam celluloſam nunc appellant?
S, S Arteriae & venae ſpermaticae conjunctiones.
T Arteria meſenterica inferior.
U U: U U Ureteres, juxta veſicam reſciſſi.
V: V Veſiculae ſeminales.
W Caput gallinaginis.
X Oſtiola duo, quibus in urethram patent canales, per quos ſemen in eam è veſiculis ſeminalibus, vaſisque deferentibus, penetrat.
Y: Y Vaſa deferentia.

Digitized by Google

Z: Z Spermaticorum vasorum funiculi: quibus adjunguntur vasa deferentia, ab epididymidibus profecta.

a: a Epididymides.

b: b Testes.

FIGURA QUARTA.

Haec, praeter pauca, in totum est eadem, quae quinta tabulae quartae. Vide & de renibus caput x.

In hac indicata origo arteriarum, quibus K: Q inscripsi; quod praetermissum in figura v. tabulae iv. Ex quo conjicere possemus, hanc tabulae hujus xii. post illam tabulae iv. confectam, & emendatam esse. Adde quod in hac additae sint radices arteriarum spermaticarum, venae spermaticae dextrae, arteriae mesentericae inferioris; quae itidem praetermissae in figura v. tabulae iv. Idem conjicere possemus de figura vii; in qua indicata origo arteriae I: praetermissa in figura iii. tabulae i.

Quandoque vidimus tres renes, A *unum scilicet in dextro latere, qui naturalis erat*; B, C *duos vero praeter naturam in sinistro.*

B *Alter sinister ren praeter naturam, admodum parvus; figurae triangulae, & satis depressae, sola substantiâ similis ei, qui naturalis est, vase urinario, & arteria destituitur.*

C *Alter ren sinister praeter naturam, in sinistro spinae latere situs est; & à summitate quartae lumborum vertebrae, usque ad ossis sacri initium producitur: estque in superiori parte angustior, in humiliori latior; ac vas urinarium ex posteriori sui regione producit; quamvis hoc videri in figura non possit.*

D D E E *Vena cava.* E: E Venae iliacae.

F F G G *Arteria magna.* G: G Arteriae iliacae.

H, I *Duae venae emulgentes dextrae; aequales, & aeque distantes; quae arteriam* K K *in medio continent.*

L *Vena emulgens sinistra, satis gracilis, elatiorem originem habens, quam dextra; quae sine ulla comite arteria transversa procedit.*

M *Vena seminaria sinistra.*

N Vena spermatica dextra.

O Arteriae spermaticae.

P Arteria mesenterica inferior.

Q Q *Vena orta à cava, è regione secundae lumborum vertebrae; quae transversa sub arteria procedit.*

R *Vena alia principium sumens parum supra magnam cavae venae divisionem in lumbo; quae etiam sub arteria transversa procedit, & cum praedictâ coit.*

S *Vena ex praedictis duabus conflata; quae inseritur in posteriorem sedem renis, versus externum latus.*

T *Arteria bipartita, ante, ac retro in superficiem sinistri renis distributa, oritur antequam magna arteria in lumbo dividatur.*

U *Arteria altera, à sinistro trunco magnae divisionis in lumbo principium sumens; inseritur in humiliorem renem sinistrum simul cum vena.*

F I-

Digitized by Google

FIGURA QUINTA.

Teſtis idem, qui figura ſecunda; ſed à parte poſteriore.
a Teſtis.
b Vas deferens.
c c c Epididymis.
d Alterum horum vaſorum vena ſpermatica eſſe videtur, alterum arteria.
e, f, g Rami per vas deferens: quorum
f Continuatur figura II. f.
g vel e, continuatur figura II. g.
h, h Rami per epididymidem.
i, i, i, i Rami, qui per membranam albugineam teſtis ducuntur.

FIGURA SEXTA.

Teſtis, de quo tunica albuginea detracta.
A Pulpa teſtis nuda. Lineae inſcriptae indicare videntur pulpae quandam in particulas diviſionem.
B C Tunica albuginea. B Pars exterior. C Pars interior, quae pulpam teſtis continet.
D, D, D Vaſa, quae è tunica albuginea ad pulpam pertinent.
Simplices illae lineolae, quarum una à pulpa ad albugineam pertinet, aliae ſimiles in parte interiore albugineae ſunt, ſi quid ſignificent, portiunculas fortaſſe ſignificant filorum pulpae, detractae albugineae adhaerentes: ni modo indicia ſint vaſorum.

FIGURA SEPTIMA.

Haec, praeter veſicam cum pene, eſt tertia tabulae primae.
A *Renis dexter eſt altior ſiniſtro* B.
C C *Venae cavae truncus.*
D: D Venae iliacae.
E E *Arteria magna.*
F: F Arteriae iliacae.
G, H *Duae emulgentes venae dextrae altius oriuntur, quam duae ſiniſtrae; oblique deorſum, uno digito aeque diſtantes, ad renem tendunt; quarum inferior eſt minor ſuperiori: ambae ſeminariam venam producunt.*
I *Arteria emulgens dextra, cum ſuperiori, & craſſiori vena procedens.*
Vide annotationem ad principium explicationis figurae IV.
K, L, M *Vena ſeminaria dextra, ex duobus principiis conſtituta.*
N *Vas urinarium dextrum.*
O, P P *Duae venae emulgentes ſiniſtri lateris, magnitudine aequales, figura flexae; humilius oriuntur, quam dextrae: quarum ſuperior ſatis obliqua deorſum procedit; inferior vero parum, & pene transverſa ducitur, ambaeque inſtar X ſe interſecant: eminentior enim inferius, humilior vero ſuperius in renem inſeritur.*

Digitized by Google

QR *Arteria emulgens sinistra ; Q ad medium usque ductum cum superiori ; R & inde cum inferiori vena procedens.*
S *Vena seminaria ab inferiori emulgente orta.*
T *Arteriae seminariae.*
U *Inferior arteria in mesenterium distributa.*
V *Vas urinarium sinistrum.* Cujus pars inferior una cum vesica inversa est.
W Ureteris dextri rescissi extremum.
X Vesicae pars posterior, in eaque fila conspicua, de quibus Eustachius, *Vesicae propria tunica gemina est, obtinetque exterior fibras conspicuas crassas ac fere carneas, quae adeo variae quoquoversum distribuuntur, ut intuentibus multarum tunicarum speciem habere videantur.* De renibus capite XIX.
Y Urachi embryonis reliquiae.
Z:Z Vasa deferentia.
a:a Vesiculae seminales.
b Prostata.
c:c Capita penis.
Capita penis haec satis referunt. Musculi autem erectoris nullum in parte sinistra apparet indicium: in dextra, obscura quaedam nota in archetypa, praeter caput penis, exhibiti etiam erectoris suspicionem fortasse moveat.
d:d An acceleratores? An alterum ad caput penis dextrum pertinet: alterum urethrae indicium est? Ob figurae ruditatem non facile internoscas.
e Penis.
f Urethra.

FIGURA OCTAVA.

Testis per longitudinem dissectus medius.
a, a, a, a Vasa in pulpa testis.
b Hoc quoque vasa refert.
Caeterum lineis, pulpae testis inscriptis, significare videtur pulpae quandam in particulas divisionem: ut figura VI.

FIGURA NONA.

Haec similis primae tabulae tertiae, praeterquam parte inferiore.
A *Dexter renis minor est, & elatior ;* B *sinister multo major, & humilior ; praesertim in infima sede : nam in suprema ambo parum differunt.*
CC *Dextrum vas urinarium, quod simam partem renis usque ad ejus summitatem perreptat.*
DD EE F *Interdum rene existente satis magno, ut hic sinister apparet ; tres in eo sunt cavitates, in quas urina colatur; una in ejus summitate, non admodum magna ; altera in medio, praedictâ triplo major : tertia in infima ipsius sede : & à qualibet earum unus oritur meatus urinarius.*
DD *Primus meatus urinarius à prima cavitate ortus ; qui deorsum tendens usque ad magnam arteriae divisionem in lumbo, conjungitur cum aliis duobus meatibus.*

EE

Digitized by Google

EE *Secundus ramus urinarius ortus à media cavitate; qui deorsum oblique fertur, fere usque ad humiliorem sedem renis.*

F *Tertius meatus amplus est; & ab ultima cavitate tribus principiis ortum ducit: hic parumper deorsum productus, angustior redditur; & primum cum secundo meatu coit, ac unus cum eo efficitur: deinde cum primo unitus, cum eo unum* G *vas urinarium efformat.*

HH *Vena cava.*

II *Arteria magna.*

K *Vena emulgens dextra in tres ramos divisa.*

L *Vena emulgens alia, duobus digitis sub praedicta originem sumens; quae* M *venam seminariam dextram producit.*

M *Vena seminaria dextra.*

N *Vena alia, duobus digitis supra magnam cavae venae in lumbo divisionem, principium ducens, inseritur in humiliorem partem renis simul cum arteria, quae ipsam comitatur.*

OO *Arteria emulgens dextra, simul cum prima emulgente vena procedens; in duos inaequales ramos divisa.*

P *Arteria alia à trunco dextro magnae divisionis in lumbo.*

Q *Vena emulgens sinistra, è regione dextrae ortum ducens; simul cum* R *arteria in tres ramos dividitur; nullamque seminariam venam producit.*

S *Vena seminaria sinistra à cava enata.*

T *Arteriae seminariae.*

V *Inferior arteria mesenterii.*

W: W Arteriae iliacae.

X: X Venae iliacae.

Y: Y Venae hypogastricae.

Z: Z Arteriae hypogastricae.

a: a Venae epigastricae. Vide z: z figurae XII. tabulae XXVII. Confer etiam I: I tabulae XXV. n°. II.

b Haud dubie ramus venae iliacae externae, qui H tabulae XXV. n°. II. in dextro latere.

c, c Haud dubie rami arteriae iliacae externae, qui comites ramorum venae H tabulae XXV. n°. II. in dextro latere.

Quum comparationem facio cum tabula XXV, non videtur alius esse ramus, cui b apposui in hac IX, atque ille, cui H in dextro latere tabulae illius XXV. n°. II: quamvis in ea supra originem non saphaenae modo, sed etiam venae epigastricae oriatur; in hac autem figura IX. è regione principii saphaenae. Quod si haec, cui b in hac figura IX. apposui, sit, cui H in dextro apposui latere tabulae XXV. n°. II; etiam arterias, quibus c, c in hac figura IX. apposui, ramos esse iliacae externae illos, qui comites sunt ramorum venae, cui H apposui in dextro latere tabulae XXV. n°. II, fortasse haud aegre arbitraberis.

d Ramus venae iliacae externae, & e ramus arteriae, qui H tabulae XXV. n°. II. in sinistro latere. Id ex comparatione judico.

f Ramus arteriae cruralis, & g venae; qui emittunt ramos M, N, &c. in sinistro femore tabulae XXV. n°. II. Id judico ex comparatione.

h Ramus venae cruralis, qui in tabula XXV. n°. II. juxta L in sinistro femore. Comparatio indicat.

i: i Venae saphaenae.

k: k Venae & arteriae ad scrotum pertinentes. Venae à saphaenis oriuntur.

Digitized by Google

Lancisius, *detracta vesica*, *demonstrare* hac figura *potissimum videri sanguinea vasa*, *quae ad posticam ejusdem partem feruntur.* Cui obstat, posita vasa illa maximam partem in icone esse infra locum illum, in quo vesica sita est: infra quem posita esse, id cognoscere licebit, si conferatur haec cum prima. Quantum colligere ex comparatione corporum potui, vasa scroti esse visa sunt.

FIGURA DECIMA.

Est tertia tabulae tertiae.

A *Renis dexter sinistro* B *est minor; qui propter magnitudinem supra elatior, infra humilior dextro apparet.*

C Ren succenturiatus.

D E E *Vena cava.* E:E Venae iliacae.

F G G *Arteria magna.* G:G Arteriae iliacae.

H *Vena emulgens dextra altius orta, quam sinistra, & eâ multo gracilior, quae in duos ramos divisa, altero in elatiorem, altero in humiliorem partem renis inseritur; & antequam dividatur venam seminariam dextram producit.*

I *Vena seminaria dextra.*

K *Vena altera ad renem producta, quae uno digito sub emulgente dextra ortum ducens oblique sursum tendit; & multo supra insertionem prioris rami memoratae emulgentis, in renem infigitur.*

L *Tertia vena ad renem dextrum procedens, duobus digitis sub secunda enata, & fere transversa ad renem producta.*

M M *Arteria dextra supra emulgentem consuetam orta, primo deorsum, deinde sursum procedens, quae in duos ramos divisa, inseritur in renis summitatem.*

N N N *Arteria dextra emulgens, deorsum cum vena emulgente procedens, & cum infimo ejusdem venae ramo in anteriorem renis sedem inserta.*

O *Tertia arteria dextra, ortum ducens è regione inferioris arteriae mesenterii; & transversa ad renem tendens.*

P *Quarta arteria dextri renis, enata in medio magnae divisionis, quae in lumbo fit; oblique sursum ad renis posteriorem, & inferiorem sedem protrahitur.*

Q *Quinta arteria dextri renis, orta à ramo ejusdem lateris ad os sacrum tendente; sursum oblique ascendens, in anteriorem, & imam sedem renis inseritur.*

R *Vas urinarium dextrum, in principio satis latum, ex quinque propaginibus conflatur; licet earum tres solum appareant; quae per anteriora renis egrediuntur.*

S *Vena emulgens sinistra, inferius orta, quam dextra, ubi arteriam magnam praeteriit, in quinque ramos dividitur; quorum alter* T, *qui superior est, inseritur, tum in elatiorem sedem ipsius renis, tum in glandulam ei incumbentem; unde postea ramulus ad membranam pinguem egreditur. Secundus* V *oblique deorsum tendit, & bipartitus in anteriorem sedem renis circa ejus medium inseritur. Tertius* W *sursum oblique reflectitur; & secundum instar* X *intersecans, inseritur in anteriorem, & superiorem renis partem. Quartus* X *deorsum oblique tendens, inseritur in anteriorem, & humiliorem sedem renis. Quintus* Y *reflectitur retrorsum ad lumbum; & inter primam, & secundam ejus vertebram ad medullam spinalem penetrat.*

Z Z *Vena alia sinistri renis, à sinistro ramo magnae divisionis in lumbo enata; sur-*

Digitized by Google

sursum oblique ascendit, & postquam ramum divisionis arteriae ejusdem lateris praeteriit, in duas propagines dividitur; quae in medio comprehendentes tertiam arteriam sinistram, inseruntur in anteriorem, & humiliorem sedem renis.

a *Vena seminaria sinistra.*

b *Prima arteria sinistra ad renem tendens, oritur è regione secundae earum, quas in dextro latere esse diximus. Haec juxta renem bipartita, inseritur cum primo, & cum tertio ramo venae emulgentis.*

c *Secunda arteria sinistri renis, oritur sub infima arteria mesenterii; bipartitaque prope renem inseritur, altera ejus parte sub medium renem, altera cum quarto ramo venae emulgentis.*

d *Tertia arteria, oritur paulo ante divisionem magnae arteriae in lumbo; quae inter ramos secundae venae sinistrae procedens, simul cum illis in renem infigitur.*

e *Arteriae seminariae.*

f *Inferior arteria mesenterii.*

g Arteria hypogastrica dextra.

h h *Vas urinarium sinistrum, ex quinque propaginibus à renibus procedentibus conflatum; oblongam vesicam, instar perae pastorariae recurvatam, refert; aut threicium gladium altera parte flexum repraesentat: hoc calculis plenum à nobis est inventum.*

FIGURA UNDECIMA.

Respondet quartae tabulae quartae.

A *Renis ursinus ex pluribus quasi glandulis magnitudine cerasorum coagmentatus; quae invicem junguntur, & alligantur membranae cujusdam tenuis, ac ramorum trium vasorum beneficio. Harum divisiones replet copiosum pingue; quo remoto facile est ejusmodi particulas sine vulnere separare.*

In singulas has ursini renis partes, glandulas referentes, semper ramus venae, arteriae, ac vasis urinarii inseritur.

Quilibet ramus vasis urinarii in latum finem desinit; in quem alia glandula parva, acuta, & nonnihil depressa, ex substantia renis formata, instar operculi ei incumbens, ingreditur.

B *Vena, & arteria emulgens.*

C *Vas urinarium.*

FIGURA DUODECIMA.

Haec est secunda tabulae tertiae, praeter unam arteriam mesentericam inferiorem.

A *Renis dexter elatior est* B *sinistro.*

C Ren succenturiatus.

D D *Vena cava.*

E E *Arteria magna.*

F *Vena emulgens dextra, multo altius orta, quam sinistra; simul cum* G *arteria in tres ramos aequales divisa: qui aeque distantes inseruntur supra renis medium.*

H *Vena seminaria dextra.*

Digitized by Google

I *Vena alia emulgens, procedens à cava sub ortu venae seminariae dextrae, quae transversa ducitur; & in renem inseritur sub ejus medium.*

K, L *Duae aliae arteriae, ultra consuetam, cum prima vena emulgente procedentem; ad renem dextrum tendunt.* K *Prima harum duarum arteria oritur supra arterias seminarias; & transversa supra cavam venam procedens, inseritur prope humiliorem ramum primae venae emulgentis.* L *Secunda arteria oritur sub arteriis seminariis; & una cum secunda vena ad* renem *progreditur; ac in* eum *inseritur.*

M *Vas urinarium dextrum.*

N *Vena emulgens sinistra; major, & humilius orta, quam dextra; ubi arteriam magnam praeteriit, in duos ramos partitur, & singuli rursus in alios dividuntur: altera portio primi rami inseritur in glandulam reni sinistro incumbentem, & ipsam perforat; altera in anteriorem renis partem supra ejus medium dispergitur. Secundus ramus primum gignit venam seminariam: deinde bipartitus, altera parte sursum fertur; & inseritur in renem supra infimam partem primi rami: altera inseritur in eundem renem sub ejus medium.*

O *Vena seminaria sinistra.*

P P *Alia vena sinistra ad renem sursum oblique tendens; oritur à sinistro trunco magnae divisionis venae cavae in lumbo; & inseritur in infimam sedem renis.*

Q *Arteria sinistra emulgens; quae in duas partes dividitur, quarum una fertur, & inseritur simul cum infima portione primi rami venae emulgentis: altera cum secunda parte secundi ejusdem venae rami.*

R *Alia arteria simul cum secunda vena sinistra deducta; ortum ducens à sinistro trunco magnae divisionis in lumbo.*

S *Arteriae seminariae.*


T Arteria mesenterica inferior.

V *Vas urinarium sinistrum instar oblongae vesicae satis dilatatum, in anteriori sede renis oblique positum; in quod plures ex rene feruntur meatus, multis interdum arenulis pleni.*

T A-


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XIII.

Digitized by Google



TAB. XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XIII.

Loco dextri renis *venae*, *arteriae*, *ac vasis urinarii rami per renis substantiam distributi:* ut figura secunda tabulae quintae, cui respondent. Ren sinister cum vena & arteria emulgente, venaeque ramis, respondet reni sinistro primae tabulae primae.

AA Vena cava inferior.

BB Arteria aorta.

C Radix venae E figurae 1. tabulae 1, & ω tabulae xxv. n_o. 11. Id ex comparatione videtur apparere.

D Vena emulgens dextra. *Vena emulgens, postquam in renem ingressa est, in quatuor* EEEEE *vel quinque scinditur ramos, qui in multos alios rursus divisi, per renis substantiam vario modo dispensantur; ac invicem permixti uniuntur* F, F, F, F, &c.; *& denique in tenuissimos, visumque propemodum fugientes surculos cessant. Si enim ren incisus comprimatur; apparent multae sanguinis guttae, ostendentes vasa, quae cerni non possunt, esse dispersa per renis substantiam.*

GHHHH *Arteria emulgens, quae simul cum vena procedens, eandem, quam illa, habet distributionem.*

Apparent rami trium vasorum, remota, & abrasa tota renis substantia.

Solet in hominibus & in simiis una vena unaque tantum arteria utrique reni magna ex parte contingere. De renibus capite xv.

Consueverunt venae & arteriae renum magna ex parte non prius in ramos discindi, quam eorundem cavum ingressae sint. De renibus capite xvii.

Ubi ambo haec vasa ad sui lateris renem oblique prorepentia in ejusdem cavitatem, ut asserui, ingressa sunt, illico in plures ramos, qui magna ex parte quatuor esse solent, eorum utrumque discinditur: ac mirabili quidem artificio, sed multo aliter, quam alii scribant, dispensatur & absumitur. &c. — *fere usque ad renis altitudinis medium perveniunt; ubi suis propaginibus multiformiter invicem coëunt & uniuntur, quae rursus in alios exiguos surculos divisae, per renum substantiam capillorum modo dispersae tandem oblitescunt.* De renibus capite xvii.

I *Urinarius meatus (de hominibus loquor, non de canibus) ubi in renem ingressus est,* K *latior paululum evadit,* L L, L L, L L *& in tres ramos praecipuos instar venarum & arteriarum scinditur; eosque in superiorem, inferiorem ac mediam regionem ejusdem renis distributos; ex quibus rursum superior inferiorque in tres alios ramos dividitur, medius vero in duos: hi rami breves & ampli sunt,* M, &c., *finemque potius latiorem, quam angustiorem instar scyphi aut choanae obtinent, quo glandulam mammillarum papillis similem instar operculi quilibet eorum excipit & amplectitur, eidemque suis fibris undique laxatis adhaeret: evenit etiam frequenter plerosque ex his ramis in medio foraminibus esse pervios, quae non secus ac ipsorum extrema oscula, glandulam quoque admittunt; & haec est vasis urinarii in renes dispensatio, quae frequentius occurrit.* De renibus capite xix.

N *Vena emulgens sinistra, altius orta, longior, & minus obliqua, quam dextra.*

Vena, quae sinistrum renem adit, ex superiore & inferiore sede ramos emittit; ex superiore utplurimum consuevit, alterum quidem O *in medio suae longitudinis ductu, alterum vero* P *juxta ipsius insertionem producere; ex quibus*

Digitized by Google

prior O *in superiorem partem membranae pinguis, usque ad renis longitudinis medium, & in ipsam glandulam reni incumbentem* (P figura I. tabulae XII.) *ac denique in ipsum septum transversum* (Θ tabulae XXV. n°. II.) *surculos spargit, qui interdum insignes occurrunt, & cum ejusdem septi venis, mira naturae solertia, coëunt atque uniuntur; posterior vero idemque superior ramus* P, *in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco emulgens vena ex media sede vas seminarium* T *producit; quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque simul emulgente hoc fieri conspicimus: & haec quidem ea vasorum distributio est, quae frequentius occurrit.* De renibus capite XVI.

O *Venula à superiori latere sinistrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae distribuitur* (partim in diaphragma) *partim in glandulam reni sinistro incumbentem; partim in superiorem regionem pinguis tunicae renis.* Est Θ tabulae XXV. n°. II.

P *Venula originem ducens à superiori latere emulgentis sinistrae juxta renem; disseminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.* Est Λ tabulae XXV. n°. II.

Q *Arteria emulgens sinistra.*

R Ren sinister.

S *Vas urinarium sinistrum.*

T Vena spermatica sinistra, ex inferiore parte emulgentis sinistrae fere mediae oriens.

V Vena spermatica dextra, ex cava oriens.

W:X Arteriae spermaticae, ex priori parte aortae orientes. Earum, sicuti & venarum, rami recisi, quos emittunt antequam ad uterum, tubas Falloppianas, ovaria, perveniunt. Vide Ξ & 30 tabulae XXV. n°. II.

Y:Y,Y An arteriae spermaticae cum venis conjunctae connexaeque per membranulas?

Z,Z,Z Medii rami, per quos venae spermaticae cum arteriis conjunctae.

aa: aa Venae spermaticae cum arteriis secundum uterum vaginamque ductae. Ramos multos emittunt, pertinentes ad ovaria, tubas Falloppianas, uterum, vaginam. b, b, b Indicatum quoque venulas conjungi inter se.

cc: cc Arteriae iliacae.

dd: dd Venae iliacae.

e: e Venae hypogastricae.

ff: ff Arteriae hypogastricae.

g Radix arteriae umbilici.

hh, i, k: h, i, k Rami arteriarum hypogastricarum, ad uterum, vaginam, vesicam. Invenimus ramos eorum conjunctos inter se: ut l: l, l, &c. Invenimus conjunctos cum truncis arteriarum spermaticarum: ut m, m, &c. Invenimus conjunctum cum ramo arteriae spermaticae: ut n. Invenimus conjunctum cum ramo arteriae epigastricae per ligamentum rotundum uteri pertinente ad uterum: ut o. Et cum ramo venae hypogastricae: ut p: nisi insit scalpturae vitium.

q, r, s: q, r, s Rami venarum hypogastricarum, qui respondent arteriarum ramis hh, i, k: h, i, k, eosque comitantur ad uterum, vaginam, vesicam. Invenimus itidem crebre conjunctos inter se ramis suis: ut t, t: t, t &c. Conjunctos quoque cum truncis venarum spermaticarum: ut u, u: u. Ac cum ramis earundem: ut w, w, w.

Suspicor, per venarum ramos, qui extremo recti intestini, uterique cervici

vici offeruntur, humores in vesicam vel ob eam maxime rationem excerni, quod ii rami frequentissimi sint, & cum illis, qui vesicae urinariae sunt proprii, vario modo mixti & conjuncti. De renibus capite XXVIII.

x Rami venarum hypogastricarum, qui per vesicam ducti, ad priorem partem cervicis ejus conjunguntur: acceduntque hypogastricarum rami y: y. Ex qua conjunctione fit vena z, pertinens ad clitoridem.

Hic vitium haud dubie, ut facile potuit, irrepsit in numeros explicationis Lancisii. Nam numeri 70. 20. & 71. 37, quibus vasa hypogastrica, ut videtur, designat, designant venas y: y. Vasa autem illa hypogastrica designant numeri 70. 22. & 71. 35: qui fortasse reponendi.

α: α Hypogastricarum venarum, & β: β arteriarum rami, qui ad nates penetrant.

γ: γ Arteriae epigastricae.

δ: δ Venae epigastricae.

ε Ramus venae epigastricae dextrae, qui dividitur in duos: quorum alter ζ per ligamentum uteri rotundum ad uterum pertinet: alter η cum ligamento eodem in pubem.

θ Arteriae epigastricae dextrae ramus, qui comes venae ζ, ad uterum per ligamentum rotundum pertinet.

ι Arteriae epigastricae sinistrae ramus, qui dividitur in duos. Alteroque κ per ligamentum uteri rotundum pertinet ad uterum: qui ramus respondet arteriae θ dextri lateris. Altero λ cum eodem ligamento pertinet in pubem: cui ramo nullus in dextro latere respondet.

μ Venula, quae deinde divisa in duas ν & ξ; iis arterias λ & κ comitatur ad pubem, uterumque. Respondet venae ε dextri lateris: sed ab epigastrica, ut illa, non oritur.

ο: ο Venae saphaenae.

Γ Clitoris. Δ: Δ Crura ejus.

Θ: Θ Erectores clitoridis.

Λ Cunni pars, quae est inter exitum urethrae, clitoridemque, ac nymphas.

Ξ Vesica.

ΠΣ Uterus. Π Cervix. Σ Fundus.

Φ: Φ Tubae Falloppianae.

An simul cum tubis etiam ovariorum ligamenta, quibus ad uterum adnectuntur?

Ψ: Ψ Ovaria.


Ω: Ω Ligamenta rotunda uteri.

Dubitari admodum posset, an praeter vasa constare haec ligamenta è *fibris longitudinalibus*, quod Lancisius indicat, voluerit: quum videri lineae illae possint modus esse ligamenta illa exprimendi.

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XIIII.

Digitized by Google



TAB. XIIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XIV.

FIGURA PRIMA.

AAAA Peritonaeum esse videtur.
B Intestinum rectum.
C Uterus.
D Vesica, cum superinducto, ut opinor, peritonaeo.
E: E Venae & arteriae spermaticae. De conjunctione earum vide Y tabulae XIII.
FF: FF Tubae Falloppianae.
G: G Arteriae crurales.
H: H Venae crurales.
I: I Arteriae epigastricae.
K: K Venae epigastricae.
L Venae & arteriae epigastricae dextri lateris rami, qui per ligamentum uteri rotundum ad uterum pertinent. Vide ε ζ & θ tabulae XIII.
Vide annotationem ad tabulae X. figurae secundae MMM.
M Earundem rami, qui cum extremo ligamento rotundo in pubem pertinent. Venam arteria comitatur, contra quam tabula XIII, ubi venae η nulla comes arteria.
N Vena, quae est loco rami, qui à vena epigastrica dextra ortus, per ligamentum rotundum pertinet. Vide μ tabulae XIII.
Vide annotationem ad tabulae X. figurae secundae MMM.
O Ramus venae N, una cum ramo arteriae epigastricae sinistrae ad uterum per ligamentum rotundum pertinens. Vide κ & ξ tabulae XIII.
Hic scalpturae in tabula archetypa, ni fallor, vitium. Nempe ligamentum Q à vena O lineola distinctum esse deberet, ut est in dextro latere. Confirmat tabula XIII.
P Ejusdem venae N ramus, una cum ramo arteriae epigastricae sinistrae in pubem cum extremo ligamento rotundo pertinens. Vide λ & ν tabulae XIII.
Q: Q Ligamenta rotunda uteri. An inter ea uterumque etiam lata uteri ligamenta indicata?
Vide annotationem ad O.
R: R Venae saphaenae.
S Synchondrosis pubis.
T Clitoris.
V: V Crura clitoridis.
W: W Erectores clitoridis.
XX Constrictor cunni.
Y Sphincter ani, cum constrictore cunni connexus.
Z: Z Glutei magni.
Γ: Γ Semitendinosi.
ΔΔ: ΔΔ Adductores magni femorum.
a: a Graciles.
b: b Adductores longi femorum.
c: c Pectinei.

d:d Psoae magni.
e:e Iliaci interni.
f:f Ossa ilium.
g:g Sartorii.
h:h Recti crurum.
i:i Tensores vaginarum femorum.

FIGURA SECUNDA.

ABCC Uterus integer, cum vagina integra, cunnique parte, à priori parte.
A Fundus uteri.
B Cervix uteri cum CC vagina, cunnoque, ad nymphas usque, & clitoridem.
D:D Tubae Falloppianae, prope uterum recisae.
E:E Ligamenta uteri rotunda, prope uterum recisa.
Confer tabulam XIII.
Æ:Æ Venae & arteriae, quae per ligamenta rotunda pertinent ad uterum. Confer tabulam XIII.
F Vesica, in latus sinistrum deorsum sic versa, ut appareat pars ejus, quae vaginae adjacet.
G Ligamentum, in quod urachus versus.
H Urethra vaginae inserta.
I:I Ureteres. K:K Ubi vesicae inseruntur.
L Clitoris. M:M Crura ejus.
N:N Erectores clitoridis.

FIGURA TERTIA.

Utero & vagina aequaliter per laterum longitudinem bifariam dissectis, partem priorem ex interiore parte exhibet, cum parte cunni.

Lancisius *vaginam per longum parte posteriori divisam* tradit.

AAA Incisus uterus, BBBB cervix uteri, CCC vagina cum parte cunni.
D Cavum uteri, triangulare, aequabile.
E:E Cavi uteri anguli superiores duo, in tubas Falloppianas migrantes.
F:F Tubae Falloppianae prope uterum recisae.
G Cavi uteri angulus inferior, qui in cervicem uteri migrat.
H Cavum cervicis uteri, inaequabile, uterumque versus angustatum.
II Pars dimidia ostii, quo cervix in vaginam patet.
K Cervicis, qua ostium ejus est, tumor in vaginam prominens.
L Vaginae pars interior.
M Cunni pars interior, quae inter exitum urethrae, clitoridemque, ac nymphas.
N Urethrae exitus.
O:O Sinus ab utroque exitus illius latere.
P Pars vaginae insigniter rugosa, ultra exitum urethrae prominens.

An, quod Lancisio visum, *folliculorum oscula, quae clarissimus postea Malpighius stygmata appellavit, tum supra orificium, tum infra per vaginam distributa in hac & in sequenti* IV. *figura delineantur?* Et an in iisdem *uterus in cavitate sua interna pertunditur plurimis hiatibus exiguis?* quod Boerhavius in institutionibus §. IϽCLXIV. i.

F I-

FIGURA QUARTA.

Ejusdem uteri vaginaeque pars dimidia posterior, ex interiore parte.
AAA Incisus uterus, BBBB cervix uteri, CCC vagina.
D Cavum uteri, triangulare, aequabile.
E:E Cavi uteri anguli superiores duo, qui in tubas Falloppianas migrant.
F:F Tubae Falloppianae prope uterum recisae.
G Cavi uteri angulus inferior, qui in cervicem migrat.
H Cavum cervicis uteri, inaequabile, uterumque versus angustatum.
II Pars dimidia incisi ostii, quo cervix in vaginam patet.
KL Vaginae pars interior. L Pars, quae juxta anum incipit, rugas habens transversas.

FIGURA QUINTA.

Secundae humanae, quibus embryo continetur, integrae.
AAA Chorion.
B Placenta, qua parte ad uterum adnectitur.

FIGURA SEXTA.

Secundae similes dissectae.
AB Chorion incisum, detractum, inversum. A Pars exterior, B interior.
CCDD Amnios incisa. CC Pars exterior, DD interior.
E Embryo, eo positu membrorum, in quem illa in utero componere solet.
FFG Funiculus umbilici. FF Hac parte nudus : G hac per amnion hic apparet.
H, H, H, I, I Venae & arteriae ab umbilici funiculo per chorion ramosae. Videntur autem H, H, H venae esse; I, I arteriae; si ex magnitudine & conjunctione colligere licet.

FIGURA SEPTIMA.

Secundae caninae integrae, cum foetu, quem continent.
AA Chorion, per quod vasa ducuntur.
B Placenta zonae similis.
CC Foetus.

FIGURA OCTAVA.

Similes secundae caninae, incisae.
AA Chorion.
B Placentae locus.
CC Allantoïdes.
DD Amnios, foetum continens.
Caeterum vasa apparent, quae per has membranas placentamque ducuntur. Inter quae E, E venae duae, quas arteriae comitantur.

Digitized by Google

FIGURA NONA.

Secundae, aut vaccinae, aut ovillae, integrae.
AAA Chorion.
B, B, B, B, B, B, B, &c. Placentulae.
C Locus, ubi intus ad chorion funiculus umbilici desinit, undeque arteriae & venae umbilici ducuntur per chorion, ad placentulas pertinentes.

FIGURA DECIMA.

Similes secundae, ac figurae nonae, incisae.
A Foetus.
BB Pars chorii explicata: in qua apparent placentulae, ut figura IX.
C Amnios pars, explicata.
D Funiculus umbilici.
E Vasa, quae ex funiculo umbilici ducuntur per chorion, pertinentque ramis suis ad placentulas.
F Urachus, qui ex funiculo umbilici emergens dilatatur, fitque
G Allantoïdes.


In ovilla allantoïde Fabricius ab Aquapendente appendices notat, de formato foetu tabula XII. E, E: & tabula XIII. F, F: & tabula XIV. figura XXIX. E, E.


T A-


Digitized by Google


2 - 65


Digitized by Google















TAB. XV.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XV.

Iconum ordo hac in tabula per appositos numeros perturbatus fuisse videri posset; quum ex re ipsa appareat, post superiores duas ordine partium sequi medias; post has imas. Quod an Pino auctore factum sit, quem numeris, qui ordinem tabularum indicant, signasse tabulas post octo primas, Soldatus in monitis conjicit, hic non expendam. Monendum autem, apparere ex octo primis tabulis posse, Eustachium in ordine explicationis iconum non plane incuriosum fuisse. In tabulae septimae explicatione alium quoque ordinem tenuit, atque iconum in ea dispositio videatur requirere: primum enim mediam explicat, dein superiorem & inferiorem. Ex quo suspicari possemus, etiam in his nuper repertis tabulis, in illis scilicet earum, quibus plures una icones comprehendit, alio, ubi poscat res, ordine explicaturum eas fuisse, atque aut dispositae in iis sint, aut appositis numeris ordinatae. Videtur hoc nobis non modo in hac tabula, sed etiam in aliis, quaedam iconum series indicare.

FIGURA PRIMA.

Thoracis viscera à parte priori, positu integro.

ABC Larynx. A Epiglottis. B Cartilago thyreoïdea. C Cartilago cricoïdea.

Inter B & C indicatum videri cuipiam posset ligamentum, quo cartilago thyreoïdea & cricoïdea hic colligatae inter se. Similiter in figura II. & IV.

D Aspera arteria.

EFGHI Pulmones. E,F,G Pulmo dexter, ejusque fibrae tres. H,I Pulmo sinister, fibraeque ejus duae. K Lunatus defectus fibrae superioris pulmonis sinistri, cedentis mucroni cordis.

LL Pericardium, cor continens.

MM: MM Pleurarum, qua parte mediastinum vocantur, à sterno & costarum cartilaginibus rescissarum reliquiae.

Nervos esse, hic quoque Lancisius ponit. Non esse, supra jam expositum, ad tabulae IX. s, t.

N Thymus.

O: P Venae subclaviae.

QQQ Diaphragma, à thorace rescissum.

FIGURA SECUNDA.

Haec ordine partium post quartam proxima sequitur. Inciso apertoque pericardio, cor cum auricula dextra magnisque venis & arteriis positu integro exhibet. Caeteris maximam partem quartae respondet.

ABC Larynx. A Epiglottis. B Cartilago thyreoïdea. C Cartilago cricoïdea.

D Aspera arteria.

EFGHI Pulmones in latera reclinati. E, F, G Dextri fibrae tres. H, I Sinistri duae.

Digitized by Google

KKK Diaphragma, à thorace rescissum.
LLLL Pericardii, quadrifariam incisi, reclinati anguli.
M Cor.
N Auricula dextra cordis.
OO Vena cava superior.
P:Q Venae subclaviae.
R Arteria aorta.
S Pericardium ad aortam adhaerens.
T Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.
V Arteria carotis sinistra.
W Arteria subclavia sinistra.
X Arteria pulmonaris.
Y Arteria cordis coronaria dextra.
Z Vena cordis coronaria dextra: quae in auriculam dextram patet.
a, b Rami arteriae & venae coronariae sinistrae. Iidem, qui V, W figurae I. tabulae XVI.

FIGURA TERTIA.

Haec partium ordine proxima est à quinta. Exhibet eadem viscera à parte posteriore, positu integro.
ABBCCD Larynx. A Epiglottis. BB Cartilago thyreoïdea. C:C Cartilagines arytaenoïdeae. D Cartilago cricoïdea.
E Aspera arteria. F Pars ejus postica tota membranacea. G:G Bronchi, qui & ipsi à posteriore parte membranacei.
HIKLM Pulmones. H, I Pulmonis sinistri fibrae duae. K, L, M Pulmonis dextri fibrae tres.
NN Diaphragma.
O Foramen, per quod stomachus penetrat ad ventriculum: ut videtur.
PP Pericardium, cor continens.
Q Arteria carotis sinistra.
R Arteria subclavia sinistra.
S Arteria aorta, quae circum bronchum sinistrum flectitur primum, dein demittitur.
T, T, T, T Arteriae intercostales.
V Vena azyga, quae inflectitur circum bronchum dextrum, ac deinde demittitur.
Super dextrum truncum arteriae asperae, dextrorsum quidem parum, retrorsum vero multum, versus spinam flectitur. De vena sine pari antigrammate XII.
W, W, W Glandulae bronchiales.

FIGURA QUARTA.

Haec ordine partium post primam proxima sequitur. Exhibet eadem viscera, similiter à parte priore. Sed detracta thymus, cum mediastini reliquiis; ac pulmones in latera reclinati. Pericardium, vena cava superior, & arteria aorta, positu integro.
ABC Larynx. A Epiglottis. B Cartilago thyreoïdea. C Cartilago cricoïdea.

D Aspe-

Digitized by Google

D Aspera arteria.

EFGHI Pulmones, in latera reclinati. E, F, G Dextri fibrae tres. H, I Sinistri duae.

K K K Diaphragma, à thorace rescissum.

L Pericardium nudum, cor continens.

M M Pericardii adhaesio ad diaphragma, N ad venam cavam superiorem, O ad arteriam aortam.

P Vena cava superior.

Q Arteria aorta.

R Arteriae aortae ramus, qui est radix communis arteriae subclaviae & carotidis dextrae.

S Arteria carotis sinistra.

T Arteria subclavia sinistra.

V: V Venae pulmonares, in pulmones penetrantes.

Explicat figura v.

FIGURA QUINTA.

Haec partium ordine proxima post secundam sequitur. Pulmones à parte priore exhibet, reclinatos in latera. Sinum praeterea venarum pulmonarium, venas pulmonares quatuor, & arteriam pulmonarem, positu integro.

ABCDEFG Pulmones. A, B, C D Pulmonis dextri fibrae tres. E, F G Pulmonis sinistri fibrae duae. D, G Pars pulmonum inferior sinuata, diaphragma contingens.

Scripsisse Lancisium doleo, *proponi observanda pulmonum posteriora.* Nam posteriora sane exhibuit figura III, & VI: à quibus haec quinta in totum discrepat, quartae, si quid video, satis respondens fibris tribus pulmonis dextri, sinistri duabus, itemque parte inferiore pulmonis dextri sinuata, & venis pulmonaribus in pulmones penetrantibus. Adde positum sinus venarum pulmonarium, principiique ejus à corde rescissi, ac pulmonaris arteriae: quae simili plane modo exhibita sunt figura XIII. tabulae XXVII. De qua dubitari nequit, quin partem priorem exprimat, eo quod in compositione vasorum pulmonarium, bronchia certe, in quae aspera arteria dividitur, posteriora sunt, anteque ea arteria pulmonaris ponitur, atque infra illam sinus venarum pulmonarium: quemadmodum in figura illa XIII. expressum videmus.

H Arteria pulmonaris, I hic, qua parte à corde proficiscitur, resecta.

Ex contextu intelligimus Lancisium hanc *aortam* esse velle, *quae supra arteriam pulmonicam inflectatur, & cujus hic foramen per cultrum apertum se offerat:* eoque pro numeris his, 45. 42. quibus ejus in explicatione designata est, reponendos hos, 45. 43. Apparet autem ex his ipsis tabulis, aortam non esse. Si enim esset, esset quoque aorta, cui d inscripsi figura XIII. tabulae XXVII: quippe comparatione facta manifestum est, vas esse idem. In illa autem figura XIII. vas, cui litteram d inscripsi, aortam non esse vides: quoniam si esset, non ante bronchum sinistrum flecteretur, sed super eum; ut recte exhibuit hujus tabulae XV. figura III. S. Restat igitur, ut arteria pulmonaris sit; quod ipsa quoque anatome declarat.

K: L Rami duo, in quos arteria pulmonaris dividitur, ad pulmones pertinentes.

Digitized by Google

Esse arteriae pulmonaris ramos duos anatome docet. Idemque, si modo comparentur cum tabulae XXVII. figurae XIII. e: e, apparet.

M Sinus communis venarum pulmonarium. N Ejus principium, rescissum à corde.

O, P: Q, R Venae pulmonares quatuor: quae in ramos S, S: S, S divisae, in pulmones ducuntur.

FIGURA SEXTA.

Haec partium ordine proxima post tertiam sequitur. Eodem positu exhibet pulmones & cor, cum magnis arteriis & venis.

ABCDE Pulmones. A, B Pulmonis sinistri fibrae duae. C, D, E Pulmonis dextri fibrae tres.

F Cor.

G Vena cordis coronaria magna, sinistra. Vide c figurae II. tabulae XVI.

Hanc qui cum secunda tabulae XVI. comparabit, facile videbit, ut in illa sit vena cava infra cor recisa, cui D inscripsi; sic in hac esse, cui H: eoque, ut in illa vena sit coronaria major, cui c; sic in hac esse, cui inscripsi G. Obstat hoc Lancisii hisce, *seriem ostendi nonnullorum ramusculorum venae, quae sanguinem à pericardio, ac mediastino in cavam regerat:* quae quamvis numeris non designet, de aliis tamen, atque hujus ipsius venae G ramis intelligi non posse puto. Magis tamen excusandus, quod, tanquam si ipse subdubitaret, addit hoc, *nisi se veri species fallat.*

H Vena cava inferior, infra venam coronariam magnam recisa.

I Sinus communis venarum pulmonarium.

K, L: M, N Venae pulmonares quatuor.

O, P, Q, R Vestigia originis pericardii à venis pulmonaribus quatuor.

De pericardii origine & adhaesione vide de vena sine pari antigramma X.

S: T Bronchia, juxta ingressum in pulmones resecta.

V Arteria pulmonaris.

W: X Rami arteriae pulmonaris duo, in quos dividitur: quorum alter ad dextrum pulmonem pertinet, alter ad sinistrum.

Y, Z Vestigia originis pericardii à ramis arteriae pulmonaris.

a, a: a, a Rami, in quos rami duo magni arteriae pulmonaris, ubi in pulmones ingressuri sunt, dividuntur.

bb Arteria aorta.

c Ligamentum, quod in embryone est canalis, quem vocant arteriosum.

d Vestigium originis pericardii ab arteria aorta.

e Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.

f Arteria carotis sinistra.


g Arteria subclavia sinistra.


T A-


Digitized by Google


2-35


Digitized by Google















TAB. XVI.

Digitized by Google



TAB. XVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XVI.

FIGURA PRIMA.

COr cum auricula dextra, arteriisque & venis ſuis, poſitu integro, à parte priore.

A Cor.

B Auricula dextra.

C Vena cava inferior, reciſa juxta auriculam dextram.

D Vena cava ſuperior.

E, F Venae ſubclaviae.

G, H Venae r: q figurae III. tabulae XXVII.

Iis reſpondent certe magis, quam mammariis, quibus eadem in figura g: g appoſui. Lanciſius autem *ramuſculos* eſſe tradit *ſanguinem ex mammis reducentes.*

IK Arteria aorta. K Ejus curvatura, quem vocant angulum.

LL Radix communis arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae.

M Arteria ſubclavia dextra.

N Arteria carotis dextra.

O Arteria carotis ſiniſtra.

P Arteria ſubclavia ſiniſtra.

Q Arteria pulmonaris.

R Arteria cordis coronaria minor, ſive dextra, ex arteria aorta oriens, interque auriculam dextram arteriamque pulmonarem emergens.

S Vena cordis coronaria minor, ſive dextra, in aurem dextram patens.

T Continuatio rami i figurae II.

V Continuatio ramorum k figurae II.

W Continuatio ramorum l figurae II.

X Continuatio rami m figurae II.

Y Hujus rami continuatio eſt ramus n figurae II.

Z Hujus continuatio eſt ramus o figurae II.

a Hujus continuatio eſt ramus p figurae II.

b Horum continuationes ſunt rami q figurae II.

c Continuatio rami r figurae II.

d Continuatio rami s figurae II.

e Hujus rami continuatio eſt ramus t figurae II.

f Conjunctio venae coronariae dextrae & ſiniſtrae.

FIGURA SECUNDA.

Idem cor à parte poſteriore.

A Cor.

B Auricula ſiniſtra.

CC Auricula dextra.

D Vena cava inferior, juxta auriculam dextram reciſa.

E Vena cava ſuperior.

F Venarum cavarum continuatio.

Y G Ve-

Digitized by Google

G Vena azyga.

Ortus venae sine pari non est, ut Vesalius male scribit, à dextro cavae latere, sed ex posteriori & humiliori ejus sede vertebras respiciente; non quidem in centro, sed dextrorsum magis. De vena sine pari antigrammate IV.

Ab hujus venae (sine pari) principio, ad illius arteriae (magnae) originem, (ubi, puto, de quo paulo ante dixerat, *à corde enata deorsum fertur*) *rectam fere lineam protrahi posse, sectio ipsa ostendit.* De vena sine pari antigrammate VI.

H:I I Venae subclaviae.

K L Arteria aorta. L Ejus curvatura.

M Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.

N Arteria subclavia dextra.

O Arteria carotis dextra.

P Arteria carotis sinistra.

Q Arteria subclavia sinistra.

R Arteria aorta, quae vocatur descendens.

S Truncus arteriae pulmonaris.

T:V Rami duo, in quos arteria pulmonaris dividitur, ad pulmones pertinentes.

W Sinus communis venarum pulmonarium. X:Y Ab utroque latere juxta venas pulmonares recisus.

Z Arteria cordis coronaria major, sive sinistra, ex arteria aorta oriens, atque inter arteriam pulmonarem sinistramque auriculam emergens.

a,b Dividitur in a ramum superiorem eundemque minorem, & b inferiorem eundemque majorem.

c Vena cordis coronaria major, sive sinistra, è vena cava inferiore oriens.

d,e Dividitur in d ramum superiorem eundemque majorem, & e inferiorem eundemque minorem.

f Venae coronariae majoris ramus ad sinum venarum pulmonarium pertinens.

g,g Venarum conjunctiones.

h Conjunctio rami majoris & minoris venae coronariae majoris.

i Hujus rami continuatio est ramus T figurae I.

k Horum continuatio sunt rami V figurae I.

l Horum continuatio sunt rami W figurae I.

m Hujus continuatio est ramus X figurae I.

n Hujus continuatio est ramus Y figurae I.

o Hujus continuatio est ramus Z figurae I.

p Hujus continuatio est ramus a figurae I.

q Horum continuatio sunt rami b figurae I.

r Hujus continuatio est ramus c figurae I.

s Hujus continuatio est ramus d figurae I.

t Hujus continuatio est ramus e figurae I.

FIGURA TERTIA.

Respondet sextae tabulae octavae.

Dextrum cordis ventriculum secundum ejus longitudinem incisum, cum tribus membranis orificio venae cavae praefectis ostendit; & praeterea internam partem auriculae dextrae, quae à vena cava, qua parte ei adhaeret, divisa est.

AAAA Dex-

Digitized by Google

A A A A Dexter ventriculus cordis incifus.

B Interiora dextri ventriculi cordis.

C C D D Oftium venofum ventriculi dextri cordis. Cujus oftii orae continuata C C auricula dextra, & D D vena cava.

Venam cavam appello, quod in figurae hujus explicatione fic appellat ipfe continuitatem cavarum duarum, quam finum venofum dextrum vulgo nominant.

E, E, Æ Æ Tres valvulae tricufpides oftii venofi cordis ventriculi dextri: quarum una Æ Æ media diffecta. F F F Una à principio membrana eft, quae ab oftio illo oritur, fcinditurque in membranas illas tres.

G, G, &c. Columnae carneae dextri ventriculi, quae in H, H, &c. tendines vertuntur, diverfimode conjunctos inter fe, pertinentesque ad valvulas tricufpides.

I K Auricula dextra. I Pars exterior. K Pars interior, concava: in qua columnae carneae.

L L L Ora incifa, refecta tum vena cava fuperiore, tum continuitate venarum cavarum, quam finum venofum dextrum vulgo appellant.

M M M Ora incifae venae cavae fuperioris, & continuitatis cavarum.

N Pars interior continuitatis cavarum.

Sinum vocat Galenus *id fpatium, quod eft ante cor, factum ab inferiori pariete venae cavae, & à dextra cordis auricula. --- Hic finus ante cor maximam habet latitudinem, & perinde atque ejus bafis, quatuor vertebrarum fpatio comprehenditur.* De vena fine pari antigrammate x.

Vena cava, ubi auriculae dextrae conjungitur, antequam in finiftro latere, anteriorique ipfius parte latiffime fcindatur, depofita ejus lateris fubftantia ac rotunditate, in dextram cordis aurem degenerat, atque fpatiofum finum ante cor efformat; denique amiffa pene venae fpecie, in cordis ventriculum, non admodum alte penetrans, infigitur. De vena fine pari antigrammate xi.

Ab hac membrana Q *finus ante cor pofitus eft, cujus eminentior ora finis eft conjunctionis dextrae auriculae è regione fpatii, quod eft inter quartam & quintam thoracis vertebram, quo loco vena vava rurfus fuam teretem fpeciem fumit.* De vena fine pari antigrammate xi.

O *Superius orificium venae cavae ad jugulum afcendentis, quae, ut Galenus fcribit, ab elatiori auriculae dextrae extremo principium quodammodo fumere videtur.*

P Vena cava fuperior.

Q *Membrana artificii, & admirationis plena, nemini anatomicorum hactenus non incognita; quae foramini venae cavae à jecore afcendentis, quum primum haec in dextram auriculam degenerat, praefecta eft, nimirum dimidiatam partem, eamque anteriorem illius occupat, & deinceps* R *reticulum efformat.*

Adhaeret fane interiori anteriorique venae cavae parieti fternum refpicienti, ab eaque fede principium fumere videtur: ubi autem ad medium fere ambitus foraminis pervenit, in multiplices fibras, eafque fatis craffas, definit, quae, ceu reticulum, vario modo complicatae, & intextae reliquum femicirculum complent, & toti foraminis capedini folute, ac fine conjunctione obducuntur; ita ut poffint ab irruente materia hinc inde impelli, atque repelli: aliquando tamen haec membrana ejusmodi contextu fibrarum deftituitur, & pariter atque illa, quam orificio venae coronariae praefici dixi, quafi cornu-

Digitized by Google

tae lunae speciem refert; aliquando adeo parva & angusta est, ut nisi diligenter animum quis advertat, quasi nulla sit, praetereatur. De vena sine pari antigrammate XI.

S *Membrana cornutae lunae figuram referens, orificio majoris venae coronariae, ceu operculum ultra medium obducta, quam caeteri anatomici oscitanter praetereunt.*

Vesalius --- ignorat cum caeteris anatomicis ei addictis, osculum venae coronariae elegantissima membrana, quae dimidiatae lunae speciem habet, robustiori altera earum, quae orificio cavae in corde praefectae sunt, ceu operculo obtegi, & ceu valvula claudi. De vena sine pari antigrammate X.

T Ostium venae coronariae majoris, sive sinistrae.

V Lunatus sinulus, qui superest postquam valvula foraminis ovalis continuata parieti intergerino sinuum venosorum cordis.

Certe circa hunc locum reliquiae foraminis illius inveniuntur, eaeque tam conspicuae, ut praeterire non potuerit. Neque in icone aliud quid est, quod eas vel significet. Cor ad exemplum hoc dissectum pone in aqua, quo integriorem in ea formam recipiat: cernesque, ubi exhibitum, valvulam cavae inferioris Q, infraque eam ostium venae coronariae majoris T cum valvula sua S, supraque è regione exitum cavae superioris O, interque eum, valvulamque cavae inferioris, reliquias foraminis, quas puto, V. Easque in figura VI. à parte sinus sinistri exhibet D, ut in hac III. non videatur à parte dextri omissurus. In icone utraque fere peraeque ab ostio cordis distat. Ut in sexta tendit oblique dextrorsum, sic in hac III. dextrorsum oblique patet. Haec movent me.

W Arteria aorta.

X Arteria pulmonaris.

Y Cordis pars exterior.

Z Ramus major venae cordis coronariae majoris, sive sinistrae. Cujus rami comes ramus minor arteriae coronariae majoris, sive sinistrae.

FIGURA QUARTA.

Cor, cujus arteria pulmonaris & ventriculus dexter per longitudinem incisa, & quidem à sinistra parte, juxta ventriculum sinistrum: ac postea diductus ventriculus una cum arteria.

AA Incisa arteria pulmonaris.

BBBB Incisus cordis ventriculus dexter.

CC Interiora ventriculi dextri.

D Interiora arteriae pulmonaris.

E, E, E Tres valvulae semilunares, ad ostium arteriae pulmonaris appositae. Basi sua affixae cordi; cornubus, arteriae.

F Arteria aorta.

G Ramus major venae coronariae majoris, sive sinistrae. Cujus rami comes ramus minor arteriae coronariae sinistrae.

H Exteriora ventriculi sinistri.

I Exteriora ventriculi dextri.

Digitized by Google

FIGURA QUINTA.

Cor, cui per longitudinem incisus diductusque ventriculus sinister una cum radice arteriae aortae. Incisa autem aorta ab illa parte, quae est juxta partem priorem auriculae sinistrae.

A A Incisa arteria aorta.

B B B B Incisus cordis ventriculus sinister.

C C Interiora ventriculi sinistri.

D Interiora arteriae aortae.

E Ostium arteriae coronariae dextrae.

F Ostium arteriae coronariae sinistrae.

G, G, G Tres valvulae semilunares ostii arteriae aortae. Basi sua ad cor adnexae; cornubus ad aortam.

H Pars valvulae tricuspidis ostii venosi cordis ventriculi sinistri.

I, I Columnae carneae, à quibus tendines ad valvulam modo dictam pertinent.

K Auricula sinistra.

L L Exteriora cordis ventriculi sinistri.

FIGURA SEXTA.

Cor, cui sinus venarum pulmonarium statim pone auriculam sinistram dissectus, ac deinde porro continuata sectio per ventriculum sinistrum, ad mucronem usque cordis: posteaque cor diductum una cum sinu.

A Auricula sinistra.

B Pars sinus venarum pulmonarium resecta ab auricula.

C C Interiora sinus venarum pulmonarium.

D Lunatus sinulus, qui superest postquam valvula foraminis ovalis continuata parieti intergerino sinuum venosorum cordis.
Vide V figurae III.

E E E E Incisus ventriculus sinister cordis.

F F F Ostium venosum cordis ventriculi sinistri. Cui ostio ab exteriore parte continuatus sinus venarum pulmonarium cum auricula: ab interiore,

G G G Membrana continua, postea migrans in valvulas tricuspides duas.

H Una ex valvulis tricuspidibus: illa, pone quam est ostium arteriae aortae. Alterius, cum ostio incisae, ab utraque parte pars dimidia.

I, I Columnae carneae, è quibus tendines nascuntur, ad valvulas tricuspides pertinentes.

K Interiora ventriculi sinistri. L L Exteriora.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XVII.

FIGURA PRIMA.

ENcephalus à latere dextro, cum meninge craſſa.
AABB Cerebri hemiſphaerium ſiniſtrum. BB Pars, qua dextro obverſum.
CCDDD Hemiſphaerium dextrum hinc ex transverſo non longe à corpore calloſo reſciſſum. CC Inciſus cortex, una cum interſertis medullae portionibus. DDD Inciſa medulla media.
E Corpus calloſum.
FFFF Meninx craſſa, quadrifariam inciſa, dependentibus angulis.
G Medulla oblongata.
H Cerebellum. Certe locus ejus.

FIGURA SECUNDA.

AA Cerebellum à ſuperiore parte. Medium autem per longitudinem capitis in duas partes aequaliter diſſectum, deductaque altera ab altera.
BBCCD:BBCCD Cerebelli partes ſectae. In quibus C, C, &c. medullae ramoſa è cortice origo. D:D Trunci medullae cerebelli, ad medullam oblongatam pertinentes.
EE:EE Truncorum medullae cerebelli partes, quae pertinent ad medullae oblongatae partem priorem. F:F Partes, quae ad poſteriorem.
G:H Crura medullae oblongatae hic reſecta.

Hic à Lancifio, qui *nervoſos funiculos* eſſe tradit, diſſidere me anatome cogit. Nam in textu ejus pro 3. 31. reponendum eſſe 3. 32, perſpicuum primum eſt ex re ipſa. Deinde etiam ex eo, quod partem, cui H appoſui, hic deſignari conſtat, eo quod in dextro latere deſignata eſt pars G per numeros 3. 28: cui in ſiniſtro reſpondet pars H, quam numeri, per quos deſignata, 3. 31. non deſignant, ſed, quos repono, 3. 32. Qui autem crura medullae oblongatae hic loci ex transverſo eo ductu, qui in icone, reſcindet, eamque deinde comparabit; is, ni totus fallor, ſectam crurum illorum partem hic exhiberi inveniet. Adde quod partes illae G & H *nervoſorum funiculorum* ſpeciem non referunt.

I Glandula pinealis.
K:K Nates.
L:L Teſtes.
MN:MN Nervi paris quarti, pathetici vulgo, M:M à medulla oblongata pone teſtes orientes.

Nervi, qui prope cerebri nates oriuntur. Oſſium examine.

OOP Pars medullae oblongatae, quae ſubjecta cerebello ſuperimminenti, cum eo efficit ventriculum quartum. P Inciſura in ea, quae calamus ſcriptorius appellatur.
QQ Spinae medulla, à parte poſteriore.
R Cauda equina.
1, 2, &c. Nervi à ſpinae medulla orientes.

Digitized by Google

S, T Radices, quibus nervi à spinae medulla oriuntur: quarum aliae S nascuntur è posteriore ejus parte: aliae T è priore. Ex quo radices reliquorum intelligi possunt.

FIGURA TERTIA.

Cerebri parte superiore ex transverso ad ventriculos anteriores resecta, pars inferior exhibita, qua parte secta est.

A: A Cerebri lobi anteriores. B: B Posteriores.

CCC &c. Cortex cerebri incisus una cum medullae portionibus, quas complectitur.

DDD &c. Media medulla incisa.

E Pars, à qua corpus callosum resectum.

FGGHH: FGGHH Ventriculi anteriores cerebri.

GG: GG Corpora striata.

HH, HH Plexus choroïdei. In quibus venae crebre conjunctae inter se: quae è ventriculis anterioribus oriuntur. Indicati rami, tum qui è priore parte ventriculorum veniunt, tum qui è posteriore, tum qui è corporibus striatis.

FIGURA QUARTA.

Haec proximae superiori respondet. Hoc autem differt, quod fornix à priori parte resecta, ac deinde cum plexibus choroideis venisque, quae in plexibus illis sunt, in posteriora reflexa est.

A Perscissae fornicis pars prior.

Infundibulum, cujus Lancisius hic meminit, neque apparet ullibi, neque hic locus ejus est. Hunc autem locum apud Lancisium per numeros 44. 15. designari planum esse puto: qui tamen accuratius designaretur his, 44. 15½.

B Fornicis pars, quae à parte priore A abscissa.

CC Fornicis in posteriora reflexae pars inferior.

D: D Plexuum choroïdeorum, una cum fornice in posteriora reflexorum, pars inferior. Cum plexibus reflexae sunt venae, quae in iis sunt, ramis suis conjunctae inter se. Trunci E: E subeunt fornicis partem priorem, ac deinde F: F sub fornice, per plexum sub ea positum, ad sinum quartum meningis crassae pertinent: conjunguntur inter se emissis ramis.

G Cerebellum, ut videtur.

H: H Testes.

I: I Nates.

K Glandula pinealis.

L Fissura inter thalamos nervorum opticorum.

M: M Thalami nervorum opticorum.

N: N Corpora striata.


FIGURA QUINTA.

AAA: AAA Hinc resecta cerebri pars superior secundum ventriculos anteriores. B: B Hinc resecti lobi anteriores

C: C Pars

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XVII.

Digitized by Google

34 B



Digitized by Google

C: C Pars ventriculorum anteriorum.
D Fornix: cujus E pars prior recisa.
F: F Crura fornicis.
G: G Thalami nervorum opticorum.
Sunt M: M figurae IV. Cujus ex comparatione haec intelligetur melius.
H: H Hic recisa crura medullae oblongatae, sectione oblique inter corpora striata & thalamos ducta.
I Fissura inter thalamos nervorum opticorum.
Est L figurae IV. Ex qua intelligetur haec melius.
K Continuitas nervorum opticorum.
L: L Nervi optici.

FIGURA SEXTA.


Cerebrum à parte inferiore.
AAA: AAA Hinc cerebri pars inferior, à lobis mediis usque ad posteriores, resecta, secundum medios ventriculos anteriores.
B, B Ventriculorum anteriorum, qua parte & in lobos posteriores cerebri, & in medios pertinent, lacunaria.
CD, CD Lobi anteriores cerebri. D: D Partes, quibus alter alterum contingit, hic, diductis aliquantum ab inferiore parte lobis, apparentes.
E: E Processus mammillares cerebri: quorum dexter recisus.
F Fornicis & G corporis callosi pars inferior. Non distincta fornix à corpore calloso.
H: H Radices fornicis.
I Portio transversa, qua radices fornicis conjunctae. Inter portionem illam & radices fornicis, spatium triangulare.
KLM: KLM Nervi optici. Perscissa continuitate eorum, alter ab altero deductus. K: K Partes eorum, quae crura medullae oblongatae ambiunt. L L Continuitas perscissa.
N: N Crura medullae oblongatae recisa.
OP: OP Thalami opticorum, altero ab altero separato, & deducto. O: O Partes eorum, quae sunt parietes ventriculi tertii. P: P continuitate thalamorum, qua supra ventriculum tertium conjuncti sunt, perscissa, hae sectae partes sunt.

FIGURA SEPTIMA.

Cerebellum à parte inferiore simul & aliquantum priore.
AABBCC Cerebelli pars inferior, in qua indicatus varius positus incisurarum, quae extrinsecus in ea sunt.
D Eminentia annularis. A cujus priore parte recisa crura medullae oblongatae: à posteriore, truncus medullae illius.
E Cerebelli processus vermiformis anterior.
FF Cerebelli pars medullaris, quae superimminens medullae oblongatae, lacunar quarti ventriculi est.
G Processus vermiformis posterior.
H: H An partes illae, quae utrimque à processu vermiformi posteriore deductae ad cerebellum, lamellis tenuibus similes?
I Cerebelli tuber, sive processus, qui est pone processum vermiformem posteriorem.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XVIII.

Digitized by Google



TAB. XVIII.

Digitized by Google

TABULA XVIII.

FIGURA PRIMA, TERTIA, QUARTA, ET QUINTA.

Hoc differunt, quod in tertia, quarta, & quinta seorsim aliqui tantum nervi exhibentur ex illis, quos prima simul omnes continet. In qua qui ob multitudinem illam cognosci facile nequeunt, ii in tertia, quarta, & quinta, rescissis reliquis, apparent melius.

Encephalo cum principio spinae medullae per longitudinem mediam dissectis, partem dimidiam ab inferiore parte exhibent, una cum nervis.

Quum, quo pertineant nervorum rami, hic non appareat; comparavi eos cum corporibus, esseque, quos scripsi, putavi. Addi multa ex anatome potuissent; quae, quoniam non exhibita, praeterii. Neque enim neurologiam tradere suscepi, sed indicare nervos exhibitos.

Figura I. III. IV. V. a Processus mammillaris.

I. III. IV. V. b c d Nervus opticus. c Pars ejus, quae est ante continuitatem opticorum. d Continuitatis illius, mediae per longitudinem divisae, pars dimidia.

I. e Retina.

Retinam esse existimo potius, quam, quod videri etiam posset, globi oculi portionem. Nihil equidem caussae invenio, cur, si globum voluisset, ejus tantummodo portionem exhibuisset; quum non obstet in icone quicquam, quo minus integrum addere potuisset.

IV. III. I. V. f Truncus nervi tertii paris cerebri, juxta partem priorem eminentiae annularis oriens: quod par oculos motorium vocatur. Ramos emittit

IV. III. I. g ad rectum adducentem oculi pertinentem.

IV. III. I. h ad obliquum inferiorem oculi.

IV. III. I. i ad rectum deprimentem oculi.

IV. III. I. k qui dividitur in duos; quorum

IV. III. l alter ad rectum attollentem oculi,

IV. III. m alter ad levatorem palpebrae superioris pertinet.

V. III. I. IV. n Nervus quarti paris cerebri, ad obliquum superiorem oculi pertinens: quod par patheticum vocant.

IV. I. III. V. o Nervus sexti paris cerebri, ad rectum abducentem oculi, oriens juxta priorem partem corporis olivaris & pyramidalis.

I. IV. p Nervi intercostalis ramus, qui cum nervo sexti paris cerebri conjungitur. Vide ξ: ξ figurae II.

Hic in prima, & in quartae loco, qui huic respondet, difficultatem icon affert, quam Morgagnus quoque animadvertit, ut est ad omnia laudabiliter attentus; *ita* nempe hunc ramum *appictum conspici*, *ut cum sexto non communicare videatur*. Epistola anatomica XVI. §. LII. Quod quum ita sit, & tamen hic ramus satis respondeat illi nervi intercostalis ramo, qui ad sexti paris nervum pertinet, ut Morgagnus quoque *nexum* intercostalis cum nervo illo *pictum* hic esse, *non pertinaciter negat*; idcirco expendendum propono, anne vitium hoc sit in scalptura, & debuissetne nexus

Digitized by Google

ille sic expressus fuisse, ut expressi in lineari figurae IV. p. Sic certe in hac eadem figura I. chordam tympani T ita ad nervum R pertinere videmus, ut communicare cum eo non videatur; quum tamen aliter, & ut esse revera debet, expressum in figura III. videamus: de qua re conferantur, quae mox annotabo ad T. Et vitia talia aliis quoque in locis animadvertimus. Accedit autem difficultas altera, quae non effugit quoque Morgagni attentionem. Scilicet, *si truncum quinti in his* (prima, & quarta) *& secunda spectes; continuo intelligas, non eodem loco fuisse nexum delineatum.* Quaerenti autem mihi, quo minui difficultas haec posset, occurrit hoc: sic etiam quarti paris nervos T: T in figura II. aliter positos inveniri, atque n in prima & tertia, quos tamen utrobique eosdem quarti paris esse, manifestum sit: & discrepare etiam positu portiones molles nervorum acusticorum in prima & secunda; ut mittam ejus generis alia. Equidem, quum, quae proposui, consideravi, hunc ramum p esse nervi intercostalis ramum, qui cum nervo sexti paris conjungitur, ut ξ: ξ figurae II. minus dubitavi affirmare.

I. III. IV. V. q Truncus nervi quinti paris cerebri, nascens è latere eminentiae annularis. Dividitur in ramos tres; primum, secundum, tertium.

V. III. I. IV. r Primus ramus nervi quinti paris cerebri; qui ramus ophthalmicus appellatur.

V. III. I. s Ophthalmici ramus, qui pertinet secundum interiorem partem cavi ossei oculi, juxta nasum. Ramos emittit t, u w, x. Quorum

V. III. I. t an ad nervos ciliares pertinet?

V. III. I. u w per canaliculum qui ad commissuram ossis frontis cum plano incipit, inter os frontis & cribriforme in cavum calvariae è cavo oculi penetrat, porroque u in nasum.

Viam illam apertam vide in tabulae V. ossium humanorum figura II. f g; & figura III. Σ. Integram, in tabulae IV. figura VIII. s: dein figura II. t: dein figura I. u.

V. III. I. x juxta angulum majorem oculi penetrat, juxtaque radicem nasi sursum flectitur ad frontem.

V. III. y (idem I.) Ophthalmici bipartitio in ramum z, & A B. Quorum

V. III. I. z alter juxta angulum majorem oculi ad frontem penetrat:

V. III. I. A B alter mododictum fere ad supercilium usque proxime comitatus, penetrat per foramen supercilii, B flectiturque ad frontem: ubi est a tabulae XIX. n°. II.

I. III. IV. V. C Secundus ramus nervi quinti paris cerebri. Ramos emittit D E, F, G H. Quorum

I. D in palatum ducitur. Is pertinet primum per canalem, qui fit ex osse maxillari superiore & palati: posteaque E flectitur in priora ad palatum.

I. F in nasum ducitur: qui esse videtur. Penetrat in posteriorem partem nasi, per foramen quod fit ex osse palati & multiformis basi ad partem nasi posticam & eandem superiorem lateralemque.

I. G in foramen oculi ducitur. Is, quum per canalem, qui in osse maxillari secundum inferiorem partem cavi ossei oculi ductus, foramine, quod infra orbem ejus est, finitur, penetravit, H flectit se, ramosque per profunda illius partis faciei, quae infra oculum est, spargit: ubi exhibuit tabula XIX. n°. II. b.

I. III. IV. V. I Tertius ramus nervi quinti paris cerebri, qui dividitur in K anteriorem, & L posteriorem.

I.

Digitized by Google

I. IV. V. III. K Ramus anterior tertii rami nervi quinti paris cerebri emittit ramos M, N, O, P. Quorum

IV. I. V. M unus per exteriorem partem buccinatoris ducitur.

V. I. IV. N alter ad temporalem pertinet.

IV. I. V. O tertius ad pterygoïdeum externum.

IV. I. V. P quartus ad maſſeterem.

I. III. IV. V. L Ramus poſterior tertii rami nervi quinti paris cerebri emittit ramos Q, R. Quorum

III. I. Q unus ad linguam pertinet.

Vide annotationem ad R.

III. I. R alter penetrat in canalem maxillae inferioris.

Raras propagines emittit, ne dicam ullas. De dentibus capite XX.

Q, R Horum alterum linguae eſſe, maxillarem alterum, dubitari poſſe non videtur. Maxillarem autem eſſe eum, cui R inſcripſi, collegi potiſſimum ex his. Primum, quod emittit ramum S, qui reſpondet illi, quem maxillaris, paulo ante quam penetret in canalem maxillae inferioris, emittit, pertinentem primum inter pterygoideum internum & glandulam ſubmaxillarem ab una parte, & maxillam ab altera, per quendam maxillae oblongum ſinum, qui aliis canalis integer eſt, aliis ex parte integer: deinde infra mylohyoïdeum; cui, biventriſque maxillae ventri ſecundo, ramos dantem vidi. Deinde, quod mox, poſtquam ramum mododictum emiſit, hoc eſt, ubi penetrat in canalem maxillae, incurvatur; ut canalis illius principium; poſteaque rectior eſt, ut canalis idem. Praeterea, quod longior eſt altero Q, ut maxilla quoque longius porrecta, quam lingua. Poſtremo, quod extremum ejus ramoſum reſpondet ramis per foramen exterius maxillae à latere menti penetrantibus, c tabulae XIX. n°. II. Addi etiam poſſet, quod de caetero ſimplex ſine ramis exhibitus eſt, eoque ſatis reſpondere videri poteſt illis, quae in libro de dentibus tradit, *raras propagines emittere, ne dicat ullas.*

III. I. S Nervus, qui à maxillari R, antequam is penetret in canalem maxillae, emiſſus, ducitur per interiorem partem maxillae in priora, pertinetque ad mylohyoïdeum, biventris ventrem ſecundum, &c.

I. III. T Chorda tympani, conjuncta ab una parte cum ramo maxillari R; ab altera cum portione dura ſeptimi paris nervorum cerebri Z.

Ab altero ejusdem viſceris (cerebri) *quarti jugi nervorum ramo exilis quaedam propago, reflexo itinere juxta illum, quem modo deſcripſi, oſſeum canalem, aurium cavum, in quo oſſicula auditus continentur, ingreditur, & oblique tympano, ac deinde oſſiculo malleum imitanti ſupra muſculi inſertionem adhaereſcit, nec ibi deſinit, ſed ulterius procedens os lapideum in poſteriori ſede meatus auditorii perſorat, deorſumque reflexa parumper repit, ac tandem cum tenuiori duriorique ramo quinti paris nervorum cerebri jungitur, & coit.* De auditus organis.

Ad utrumque hujus chordae extremum vitium quoddam ſcalpturae eſt. Deberet enim hic nervus ab altera parte cum ramo nervi quinti paris R, ab altera cum portione dura Z conjungi; non autem, ut in figura archetypa apparet, diſtinctus ab eis eſſe. Vitium ſcalpturae indicat locorum commaculatio: quae, ſi probe attendas, ex eo orta eſſe videtur, quod lineolas à nervis R & Z hanc chordam T dividentes, quae certe apparent, eradere ſcalptor voluit, eraſit autem nec plene, nec pure. In figura autem tertia, ubi nulla commaculatio, chorda illa cum ramo nervi quinti

Digitized by Google

paris evidenter conjungitur: ex quo in hac prima conjungi quoque debere intelligimus. Cum portione autem dura conjungi debere ex ipso Eustachio discimus, tradente in epistola de auditus organis, *ab altero ---- quarti jugi nervorum ramo exilem quandam propaginem* (T) ---- *tandem cum tenuiori duriorique ramo* (XY) *quinti paris nervorum cerebri jungi, & coire* (Z).

I. III. V Rami L posterioris tertii rami nervi quinti paris cerebri ramus, qui cum portione dura septimi paris nervorum cerebri conjungitur.

I. III. IV. V. W Septimi paris nervorum cerebri, qui auditorii appellantur, portio dura, oriens à priore parte lateris externi corporis olivaris. Primum autem

I. X comes portionis mollis, cum ea penetrat per canalem communem in osse petroso. Dein penetrat ex eo in aquaeductum Falloppii, flectitque se Y, ingressura aquaeductus partem, quae secundum tympanum ducta. Per quam dein pertinet, Z conjungiturque cum chorda tympani. Post ubi penetravit, conjungitur α cum ramo V tertii rami quinti paris nervorum cerebri.

I. III. IV. V. γ Septimi paris nervorum cerebri, qui auditorii vocantur, portio mollis, oriens à priore parte corporis olivaris, propter externum latus portionis durae.

Quintum nervorum cerebri jugum ex duobus tantum nervis, ut alii arbitrantur, minime constat, sed duas utrimque propagines inaequales habet, quarum major secundum longitudinem, instar semicirculi, eleganter excavatur, minoremque, quod alios fugit, amice suscipit & amplectitur, eoque modo ambae simul junctae oblique in anteriorem & exteriorem partem, usque ad extremum sinus in osse petrae simili earum gratia exsculpti, procedunt; ubi minor propago a majore recedens, parvum foramen sibi paratum invenit, & ingreditur, mireque admodum flexuoso incessu, de quo nunc loqui non est opportunum, extra calvariam elabitur; major autem propago videtur in tres portiones parum invicem distantes terminari, ex quibus praecipua exiguo foramine, in cochleatum os pervio, obducitur. De auditus organis.

I. δ Cochlea esse videtur, ad quam portio mollis pertineat.

I. III. IV. V. ε Nervus octavi paris cerebri, à latere externo corporis olivaris aliquot principiis oriens.

I. III. ζηθι Nervus spinalis recurrens, ζ, η, θ tribus principiis oriens, ac ι post conjunctus cum trunco paris octavi nervorum cerebri.

Tres propagines sexti jugi nervorum cerebri a medulla spinali principium sumentes. Ossium examine.

I. III. IV. V. κ Nervus noni paris cerebri, aliquot principiis oriens à posteriore parte lateris externi corporis pyramidalis.

I. III. IV. V. λ Nervorum spinalium primus.

I. III. IV. V. μ Nervorum spinalium secundus.

I. III. IV. V. ν Nervorum spinalium tertius.

I. III. IV. V. ξ Spinae medulla.

I. III. IV. V. ο Corpus pyramidale.

I. III. IV. V. π Corpus olivare.

I. III. IV. V. ρ Truncus medullaris cerebelli, ad medullam oblongatam pertinens.

I. III. IV. V. σ Eminentia annularis.

I.

Digitized by Google

I. III. IV. V. τ Crura medullae oblongatae.
I. III. IV. V. υ Spatiolum, inter eminentias candicantes, crura medullae oblongatae, & eminentiam annularem.
I. III. IV. V φ Eminentia candicans, pone infundibulum.
I. III. IV. V. χ Corpus cinereum, in angulo posteriore continuitatis nervorum opticorum, inter crura medullae oblongatae situm. In eoque tertii ventriculi cerebri ostium imum, unde infundibulum procedit.
I. III. IV. V. ψ, ω Cerebri lobi, ψ prior, ω medius.
I. III. IV. V. Γ Cerebellum.

FIGURA SECUNDA.

AAAABB Cerebrum à parte inferiore. AA : AA Lobi priores, B : B medii.
CC Cerebellum, à parte inferiore.
D : D Extremi processus transversi atlantis.
E : E Eminentes orae illorum sinuum atlantis, qui recipiunt & sustinent processus coronoïdeos ossis occipitis.

Nemini, puto, dubium esse potest, quin Lancisius has duas partes designet, quum tradit, *decimum par in ortu suo utrinque recisum apparere ad latera flexurae paris octavi, ubi minima alba capitula, veluti duo puncta cernuntur.* At non modo ex eo, quod duae illae partes in reliquis quatuor hujus tabulae cerebri figuris non exstant, satis apparet, non esse *decimum par in ortu suo utrinque recisum*, ut recte annotatum à Winslowo, explicatione tabulae B B. q, q; sed figura etiam non est, quae nervorum. Et qui paulo diligentius atlantem considerabit, facile, ut opinor, adducetur ad existimandum, esse partes ejus illas, quas dixi.

F : F Trunci medullares cerebelli, ad medullam oblongatam pertinentes.
G : G Corpora pyramidalia.
H : H Corpora olivaria.
III Eminentia annularis.
K : K Crura medullae oblongatae.
L Spatiolum inter eminentiam annularem, crura medullae oblongatae, & eminentias candicantes.
M Eminentiae candicantes, pone infundibulum sitae.
N Corpus cinereum, quod in angulo posteriore continuitatis nervorum opticorum positum, inter crura medullae oblongatae. In corpore illo ostium imum ventriculi tertii cerebri: à quo ostio infundibulum procedit.
O : O Processus mammillares.
P : P Nervi optici.
Q Opticorum continuitas.
R R : R Optici, antequam conjungatur alter cum altero.
S, S Tertium par nervorum cerebri, quod oculos motorium vocant, juxta priorem partem eminentiae annularis oriens.
T, T Quartum par nervorum cerebri, quod patheticum appellant.

Quartum par à recentioribus patheticorum nuncupatum, oriri ab inferiori parte medullae oblongatae, juxta oculorum motorios, & ejus fibras ad frontis cutem, ad musculos labri superioris, narium, & attollentes maxillam inferiorem, nec non ad linguam, & dentes exporrigi; id à Lancisio traditum. Quibus praeterquam quod anatome refragatur, praeterea etiam refra-

Digitized by Google

fragatur Eustachius, qui oriri nervos patheticos à superiore parte medullae oblongatae, pone testes, exhibuit tabulae XVII. figura II. M:M. Et neque ad partes illas, neque omnino ad tot partes pertinere, simplici eorum figura in tabulae hujus XVIII. figura I. & III. & V. n satis declarat: ubi etiam ad obliquos superiores oculorum pertinere eos voluisse, ex loco & sede eorum haud difficulter apparet; ut pertinere anatome docet.

V: V Quintum par nervorum cerebri, oriens à latere eminentiae annularis. Dividitur in ramos tres; W primum, X secundum, Y tertium.

Z: Z Sextum par nervorum cerebri, oriens juxta priorem partem corporum olivarium & pyramidalium.

Hi, quos Lancisius nervis, quos intercostales nunc appellant, accensuit, sunt profecto, quod appellant sextum par nervorum cerebri, oriens juxta priorem partem corporum olivarium & pyramidalium, & ad abductores oculorum pertinens. Cum quo pari conjunguntur summa initia nervorum intercostalium ξ:ξ.

a a: a a Septimi paris nervorum cerebri portiones durae, orientes à priore parte lateris externi corporum olivarium.

Lancisius quidem *sextum par* esse tradit: at omnino sunt portiones durae septimi paris, quod auditorium appellant. Conferri Eustachii locus potest, quem ex epistola de auditus organis adjeci ad γ figurae I: quo eandem ibi illam portionem duram, W X Y, ipse interpretatur.

b: b Portiones molles septimi paris nervorum cerebri, orientes à latere corporum olivarium, statim pone portiones duras.

c: c Cochleae esse videntur, ad quas portiones molles pertineant.

d: d Par octavum nervorum cerebri, aliquot principiis oriens à posteriore parte lateris externi corporum olivarium.

Eustachius in examine ossium tradidit, octavi paris, olim *sexti*, *tres propagines a medulla spinali principium sumere*. Quod, ut apparet, non ad hanc, ad quam Lancisius retulit; sed ad tria principia spinalis recurrentis ζ, η, θ figurae I. & III. pertinet.

e: e Nervi spinales recurrentes: qui adjunguntur pari octavo nervorum cerebri.

f: f Octavi paris nervorum cerebri trunci, conjuncti cum truncis spinalium recurrentium.

g g: g Spinales recurrentes, postquam ab octavo pari nervorum cerebri secessere.

Non ignoravit, à collo in dorsum, perque illud duci: quippe exhibuit tabula XIX. n°. II. f g; & tabula XX. n°. II. a. Quî igitur factum, ut in hac secunda tabulae XVIII. dexter ante nervorum cervicalium conjunctionem & commistionem 28, unde brachiales deinde fiunt, expressus sit; non pone?

Lancisius *ramum octavi paris vagi dicti* appellat; ut haberi solet.

h Spinalis recurrentis ramus, qui pertinet ad cleidomastoïdeum & sternomastoïdeum.

i Spinalis recurrentis ramus, quo conjunctus cum pari tertio cervicalium. Confer h tabulae XIX. n°. II.

Inter nervum i & 15 vitium est in archetypa: apparet enim tanquam si nervus ibi esset à spinali recurrente g ad nervum i pertinens, eosque con-

Digitized by Google

conjungens inter se. Satis, puto, perspicuum, lineas esse, quibus cerebellum expressum, vitio scalpturae continuatas nervis illis : quum deberent lineae, quae latera eorum terminant, ad extrema illarum linearum, quas ad cerebellum pertinere dixi, non desinere, sed continuari. Confirmat tabula XIX, lineas illas, aut quae eis respondeant, nullas habens. Confer eam circa h n°. 11.

k Spinalis recurrentis ramosus finis, quo praecipue ad cucullarem pertinet.

lll:lll Par octavum nervorum cerebri.

m:m Octavi paris nervorum cerebri rami, qui praecipue ad linguae radicem pertinent, itemque ad vicinam pharyngis partem, &c.

De his nervis invenio in annotationibus meis, vidisse me eos cum octavo quidem pari penetrantes per cranium, sed per singulare sibique proprium meningis crassae foramen.

n: n Octavi paris nervorum cerebri rami laryngaei superiores, qui inter os hyoïdes & cartilaginem thyreoïdeam penetrant in interiora laryngis : ubi alter hic conjungitur cum laryngaeo recurrente.

p Laryngaeus recurrens, sive inferior, dexter, gemino principio oriens à dextro nervo octavi paris cerebri.

q Laryngaei recurrentis dextri conjunctio cum nervo intercostali dextro.

r Laryngaeus recurrens, sive inferior, sinister, gemino quoque principio oriens à sinistro nervo octavi paris cerebri; sed demissius.

Hujus principia quum commaculata sint in archetypa, non apparent illa quidem oriri ab octavo pari, quum videatur tamen exhibere id voluisse.

s Nervus, quo cardiacus sinister conjungitur cum laryngaeo recurrente sinistro.

t Laryngaeorum recurrentium finis ramosus, quo pertinent ad glandulam thyreoïdeam, pharyngem, cricoarytaenoïdeos posticos, arytaenoïdeos, thyreoarytaenoïdeos.

uwx Nervus cardiacus dexter, principiis oriens duobus, w altero à laryngaeo recurrente dextro, x altero à dextro nervo octavi paris cerebri.

yzα Nervus cardiacus sinister, principiis oriens duobus, z altero à nervo sinistro octavi paris cerebri, α altero à nervo intercostali sinistro, ut ex icone apparere videtur.

Quoniam initia horum nervorum in archetypa commaculata sunt, difficile judicatu, unde oriri eos voluerit. Alterum quidem z ab octavi paris nervo oriri voluisse, ex comparatione nervi x colligas; cui respondet, quique ab octavi paris nervo oritur. Alter vero apparet tanquam si nervi intercostalis ramus potius esset, quam paris octavi. Neque multum repugnaverim, si cui aliter videatur.

Cordis nervi magni non sunt, - - - certe haud majores & minores fortasse sunt, quam illi, qui in portas jecoris atque in renes inseruntur. De renibus capite XXIV.

Cor à cerebro, aut nullos, aut omnium minimos accipit nervos. - - - Cordis nervi longe minores sunt, quam illi, qui in portas jecoris inseruntur. De multitudine capite XXXII. pagina CL. B.

Ad cor exiles ac rari nervorum surculi feruntur. De multitudine capite XXXII. pagina CLI. A.

β Nervus, quo cardiaci conjuncti inter se.

γ Cardiacorum ramosus finis, quo ad cor, partesque ejus pertinent.

δ:δδ Nervi pneumonici, orientes ab octavo pari nervorum cerebri.

ε,ζ:ε,ζ Octavi paris cerebri nervorum divisio in ramos duos, rursus deinde

Digitized by Google

confluentes, ac fic infulam quandam efficientes: quarum finiftra minor. Dextrae infulae rami conjunguntur transverfo.

η, η, η Rami, quibus trunci octavi paris cerebri conjunguntur inter fe, tum ante ftomachum, tum pone.

θ Trunci finiftri octavi paris cerebri ramus, qui per fuperiorem partem ventriculi à ftomacho ad pylorum pertinet, ramosque ventriculo dat, priori maxime parti ejus.

ι Trunci finiftri nervorum cerebri octavi paris ramofus finis, ad finiftram & eandem priorem partem ventriculi pertinens, juxta finem ftomachi.

κ Trunci dextri nervorum cerebri octavi paris ramofus finis, ad finiftram & eandem pofteriorem partem ventriculi, quae eft juxta finem ftomachi, pertinens.

λ Trunci dextri nervorum cerebri octavi paris ramus, qui refpondet ramo θ finiftri, ramosque dat pofteriori maxime parti ventriculi.

Nervus fexti jugi eorum, qui a cerebro proficifcuntur, propagines tum ori ventriculi offert, tum aliis vifceribus diftribuit. De dentibus capite xxv.

μ Dexter truncus pone ventriculum demiffus, ac deinde ν conjunctus cum nervo intercoftali finiftro.

ξ: ξ Summum nervorum intercoftalium principium, quo conjuncti cum fexto pari nervorum cerebri.

ο, π: ο, π Rami duo, in quos dividuntur trunci nervorum intercoftalium, poft rurfus coëuntes in unum, ac fic fiffuram efficientes, per quam arteria carotis interna pertinet, qua una cum his ramis continetur canali offis petrofi, per quem in cranium penetrat.

ϱ: ϱ Trunci nervorum intercoftalium.

Nervi, qui juxta fpinam procedunt. Offium examine, ut videtur.

σ: σ Nervorum intercoftalium ganglia cervicalia fuperiora.

τ τ τ τ τ: τ τ τ τ τ τ τ Trunci nervorum intercoftalium, qua fecundum fpinam ducti, in collo, thorace, abdomine, pelvi.

υ, υ, &c. Ganglia nervorum intercoftalium. Quorum tantummodo nonnullis litterae infcriptae, ne obrueretur icon.

φ, φ, φ, &c. Rami, quibus nervi intercoftales cum nervis fpinalibus conjunguntur.

χ, χ: χ, χ Extremorum nervorum intercoftalium conjunctio cum trunco primi & fecundi eorum, qui per os facrum à priori parte penetrant.

Sinifter cum trunco primi conjunctus effe non apparet: haud dubie propter offufcantem umbram. Quoniam vero dexter conjunctus eft, finiftrum quoque conjunctum effe videtur exiftimandum. Omnemque dubitationem tollere poteft tabula xix; in qua conjunctum clare exhibuit, r n°. 11.

ψ ψ, ψ, ψ, ψ, ψ: ψ, ψ ψ, ψ, ψ, ψ Nervorum intercoftalium rami, quibus conjunctis oriuntur

ω: ω ω trunci infignes, qui fecundum corpora dorfi vertebrarum demiffi, per diaphragma penetrant, pofteaque commifcentur & conjunguntur, tum Γ, ν cum dextro nervo paris octavi cerebri, tum Δ inter fe.

Θ: Θ Nervorum intercoftalium rami, qui cum ramis truncorum ω: ω conjunguntur.

A nervorum intercoftalium truncis ω: ω, atque octavo pari nervorum cerebri, eorumque ramis, ac conjunctione, emittuntur fequentes nervi ad renes, renes fuccenturiatos, jecur, lienem, ventriculum, inteftina, &c. pertinentes.

Quum

Digitized by Google

Quum vero non ita facile sit, eos, qui in viscera abdominis, proximosque renes, ducuntur, extricare; hoc etiam in plerisque eorum hic intelligendis difficultatem non mediocriter auxit, quod, ut saepe alias fecit, quae animo de iis conceperat potius, quam ipsum aliquod eorum exemplar expresserit; non additis praeterea visceribus. Quo factum est, ut quamvis videar mihi assecutus eum esse, tamen non tam quo nervi illi pertineant, quam quo pertinere eos putem, dicendum mihi fuerit.

A varia complicatione nervorum, quae fit circa principia arteriarum mesenterii, non pauci nervorum surculi vario modo invicem mixti oriuntur, quorum pars in hepar juxta ingressum venae portae, atque in ejus vesicam inseritur, pars renes & incumbentes eis glandulas adit, & hisce particulis, non modo exteriori in sede surculos offert, verum etiam quidam ex eis una cum arteriis cavum renum subeunt, & in ipsorum corpus digeruntur. De renibus capite XXI.

ΛΛΛΛ Rami ad jecur: unde multi etiam ad duodenum. Apparet ramorum conjunctio.

Ad jecur pertinere puto, quoniam circa hunc locum situm est. Fortasse etiam ad cistam fellis; quippe tradit, *a varia complicatione nervorum, quae fit circa principia arteriarum mesenterii, non paucos nervorum surculos vario modo invicem mixtos oriri, quorum pars in hepar juxta ingressum venae portae, atque in ejus vesicam inseratur.* De renibus capite XXI.

Cordis nervi magni non sunt, - - & certe haud majores & minores fortasse sunt, quam illi, qui in portas jecoris inseruntur. De renibus capite XXIV.

Cordis nervi longe minores sunt, quam illi, qui in portas jecoris inseruntur. De multitudine capite XXXII. pagina CL. B.

Ad jecur exiles ac rari nervorum surculi feruntur. De multitudine capite XXXII. pagina CLI. A.

ΞΞ Nervus gastro-epiploïcus dexter: qui secundum ventriculi fundum, qua parte omentum adhaeret, à dextra parte ducitur. Ramos emittit Π, Π, Π ad ventriculum pertinentes, & Σ, Σ, Σ, Σ, Σ ad omentum.

Ab eo etiam ramos ad duodenum pertinentes inveni.

U U U Nervus, ut puto, ad renem dextrum, & ad succenturiatum.

Nimirum circa haec loca siti sunt: inque loco modo dicto, de renibus capite XXI, subjicit haec, *partem renes & incumbentes eis glandulas adire.*

Cordis nervi haud majores & minores fortasse sunt, quam illi, qui in renes inseruntur. De renibus capite XXIV.

ΦΦ Rami, puto, ad lienem: qui circa hunc locum situs est.

Ψ Nervus gastro-epiploïcus sinister: qui secundum ventriculi fundum, ubi omentum adhaeret, à sinistra parte ducitur, ramosque dat Ω, Ω ventriculo, & 1, 1, &c. omento.

2, 2, 2, 2 Rami, puto, ad renem sinistrum, & renem succenturiatum.

Cur putem, attuli in annotatione ad U. Ubi etiam Eustachii verba adducta.

3 3 3: 3 3 3 Rami, qui comites vasorum spermaticorum, ad testes pertinent.

4, 4, 4 &c. Rami, ut puto, ad mesenterium & intestina.

Puto primum, quod hi rami in icone subjacent nervis gastroëpiploïcis, eorumque ramis gastricis, & epiploïcis; ut ventriculo & omento intestina cum mesenterio subjacent. Deinde, quod positi ante ramos, qui secundum spinam ducti; sic ut ante spinam intestina cum mesenterio posita.

5, 5, 5 &c. Rami, qui crebre conjuncti inter se, secundum corpora vertebra-

rum lumborum & ossis sacri, ad imam pelvem pertinent: ubi ramis, quos emittunt, conjunguntur 6 cum tertio, 7 quartoque pari eorum, qui per foramina priora ossis sacri penetrant.

6 in sinistro, & 7 in utroque latere. Hic umbrae in archetypa offuscant conjunctionem, quam clare exhibet tabula xix. no. 11. z, A, A.

8, 8, 8, &c. Rami, quos rami 5, 5 accipiunt à truncis nervorum intercostalium.

9, 9, 9, &c. An rami ad mesocolon, colique partem sinistram?

10, 10: 10 Nonum par nervorum cerebri, quod linguale appellant, aliquot principiis oriens à latere corporum pyramidalium.

11 Trunci noni paris nervorum cerebri ramosus finis, quo pertinet ad biventrem maxillae, hyoglossum, geniohyoïdeum, genioglossum, linguam, &c.

12, 12 Nervi noni paris cerebri ramus insignis, qui per collum demissus, ramis suis pertinet ad sternothyreoïdeum, coracohyoïdeum, sternohyoïdeum, &c. Occucurrerunt, ut solet, ramorum diversitates.

13 Ramus, quo nervorum cervicalium secundus conjunctus cum ramo illo 12 nervi noni paris cerebri.

14: 14, &c. Nervi cervicales. 14: 14 Secundi. 15: 15 Tertii. 16: 16 Quarti. 17: 17 Quinti. 18: 18 Sexti. 19: 19 Septimi. 20: 20 Octavi.

21 Ramus, quo nervorum cervicalium secundus cum tertio conjunctus.

22: 22 Rami, quibus nervorum cervicalium tertii cum quartis conjuncti.

23 Ramus nervorum cervicalium quarti, qui accedit ad spinalem recurrentem. Vide b tabulae xx. no. 11.

24, 25: 24, 25 Nervorum diaphragmaticorum principia: 24 alterum à nervorum cervicalium quarto, 25 alterum à quinto.

26: 26 Nervi diaphragmatici. Quorum dexter rectior, non impeditus à corde. Sinister autem, ut cor oblique in sinistram partem deorsum vergit, ita etiam oblique deflectit, ac longior est.

27: 27 Nervorum diaphragmaticorum ramosus finis in diaphragmate.

28: 28 Nervorum cervicalium inferiorum quatuor, & dorsalium primi, implicatio & commistio; unde brachiales deinde fiunt.

29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38: 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 39 Nervi dorsales.

40, 41, 42, 43, 44: 40, 41, 42, 43, 44 Nervi lumbales.

45, 46, 47, 48: 45, 46, 47, 48 Nervi ossis sacri.

49 Ramus, quo nervus secundus ossis sacri conjunctus cum tertio.

Umbra offuscat in archetypa conjunctionem hujus cum secundo ossis sacri: quae conjunctio clare exstat in tabula xix. no. 11. inter Ξ & Π dextras.

50: 50 Rami ab ultimis lumbalium, & 51: 51 à quartis: qui conjuncti inter se, accedunt ad sacri nervos primos, in dextro latere tres, in sinistro duos; è quibus fiunt nervi ischiadici.


52: 52 Nervi ischiadici.

Vertebris, & ligamentis earum intermediis, ossique sacro, ac coccygi, litteras non inscripsi, quum & per se satis cognosci queant, & notarum nimis jam plenam iconem hanc magis obruere non conveniat.

T A-

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XVIIII. N.º 1.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XVIIII. Nº II.

Digitized by Google



TAB. XVIIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XIX.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Masseter.
b Osseus auris introitus.
c Rectus lateralis capitis.
d Trachelomastoïdeus.
Ex loco, in quo positus, eum esse colligo.
e Splenius capitis.
Hunc esse, ex comparatione tabulae xx. i n°. 1. apparere puto.
f: f Levatores scapularum.
Sinistrum esse levatorem illum docet comparatio tabulae xx. k n°. 1. Cui dexter similis quum sit, eum quoque levatorem esse apparet.
g: g Aut scaleni medii, aut loci eorum.
Confer tabulae XXXVIII. g: g.
h h Rectus internus major capitis.
i, i, i, &c. Processus transversi vertebrarum colli septem.
k Longus colli.
l, l, l, l, l, l, l Colli vertebrae septem.
m, m, &c. Vertebrae dorsi duodecim.
n, n, &c. Vertebrae lumborum quinque.
o Os sacrum.
p Coccygis os primum.
Ligamenta inter corpora vertebrarum intercedentia apparent per se.
q, q, &c. Costae.
r, r, &c. Intercostales interni.
s, s, &c. Intercostales externi. Certe locus eorum.
t Serratus magnus.
u Latissimus dorsi.
v w Obliquus externus abdominis. w Inversi pars interior.
x Obliqui interni abdominis inversi pars interior.
y z: z Transversi abdominis. y Pars exterior, z interior.
A Quadratus lumborum.
B: B Psoae magni. Dexter truncatus.
C: C Cristae ossium ilium.
D: D Iliaci interni.
E Videtur indicare voluisse membranam tenuem & tendinosam, quae nervo hic adhaerens, superinducta vicinae parti iliaci interni.
F: F Glutei minores.
G Trochanter major.
H: H Ossa pubis.
I Synchondrosis pubis.
K Obturator externus.
L Obturator internus.
M, N: M, N Adductores breves femorum, hic constantes è partibus duabus. In dextro femore truncatae.
O: O Pectinei, truncati.
P: P Adductores longi femorum, truncati.

Q: Q Adductores magni femorum.
R Gracilis.
S: S Vasti interni.
T: T Crurales.
V: V Vasti externi.
W X Rectus cruris. W In exteriora inversi pars interior.
Y: Y Rectorum crurum extremi tendines truncati & deorsum inflexi.
Z: Z Extrema communia vastorum & rectorum.
α α: α α Fibulae.
β Gracilis tendo.
γ: γ Semitendinosorum tendines.
δ: δ Gemelli crurum.
ε Plantaris.
ζ: ζ Solei.
η ηη Tibiae.
θ ι: θ ι Extensores longi digitorum pedum. θ: θ In exteriora inversorum partes interiores.
κ: κ Peronei longi.
λ: λ Peronei breves.
μ: μ Extensores longi pollicum pedum.
Extremis pedibus lineamenta ossium tarsi & metatarsi inscripta.
ν Pectoralis, detracti, & inversi, pars interior.
ξ Serrati antici, detracti, & inversi, pars interior.
ο Deltoïdes.
π Supraspinatus.
ρ Processus coracoïdeus.
σ Subscapularis.
ς Bicipitis brachii caput brevius, truncatum.
ς Os humeri.
τ: τ Coracobrachiales.
υ φ: υ φ Tricipites brachiorum. υ: υ Partes, quae longi vocantur. φ: φ Partes, quae brachiales externi.
χ: χ Brachiales interni.
ψ Tricipitis brachii pars, quae brevis appellatur.
ω Condylus major ossis humeri.
Γ: Γ Supinatores longi, truncati.
Δ: Δ Radiales externi.
Θ: Θ Supinatores breves.
Λ: Λ Flexores longi pollicum manuum.
Ξ: Ξ Profundi.
Π Ulnaris interni, non longe ab extremo truncati, & inversi, pars interior.
Σ: Σ Abductores longi pollicum manuum.
Dextro in brachio nisi abductor ipse, locus ejus.
Φ Extensor minor pollicis manus.
Ψ Extensor major pollicis manus.
Ω Tendines radialium externorum.
1 Supinatoris longi truncati extremum.
2 Opponens pollicis manus.
Opponentem esse puto, quod & similior est opponenti, quem puto, 69 tabulae XXXIII, quam abductori, quem puto, brevi, 43 tabulae XXXII;

Digitized by Google

xxxii; & opponens ſequitur poſt abductorem brevem, quem hic detractum eſſe ex eo colligimus, quod ramus nervi 44 n°. 11, qui ad eum pertinet, hic truncatus eſt.

3 Flexor brevis pollicis manus.

4 Carpi ligamentum interius, armillam referens.

5, 5, 5, 5 Sublimis tendines, 5 truncati.

6 Ulnaris interni extremum truncatum.

7 Abductor digiti minimi manus.

N°. 11. NERVI.

Nervos interiores exhibet, ut ſecundum muſculos, oſſa, aliaque ducti ſunt.

a:a Primorum ramorum quinti paris nervorum cerebri, qui ophthalmici vocantur, rami ex cavis oſſeis oculorum ad frontem pertinentes. Sunt B figurae v. 111. 1. tabulae xviii.

b:b Secundorum ramorum quinti paris nervorum cerebri rami, qui ex foraminibus, quae in oſſibus maxillaribus infra orbes oculorum ſunt, ad profunda faciei infra oculos pertinent. Eſt H figurae 1. tabulae xviii.

c:c Ramorum maxillarium, qui ſunt rami ramorum tertiorum quinti paris nervorum cerebri, rami, è canalibus maxillae inferioris per foramina, quae ſunt à latere menti, emiſſi, perque mentum labiumque inferius ramoſi.

Poſtquam a molaribus ad minores dentes deſcenſum eſt, nervus cum arteria, quae illum comitatur, bipartito ſcinditur, cujus pars una per foramen eo loco ſculptum, ad labium inferius emergit; --- quod quidem etiam in homine ab his, qui ſectionem docte & accurate tractant, cerni non difficulter poteſt. De dentibus capite xxi.

d Truncus octavi paris nervorum cerebri cum nervo ſpinali recurrente conjunctus; ut f figurae 11. tabulae xviii.

e Octavi paris nervorum cerebri truncus reſciſſus.

f Nervus ſpinalis recurrens. g Ramus ejus ad cleidomaſtoïdeum & ſternomaſtoïdeum pertinens. Eſt g, h figurae 11. tabulae xviii.

h Nervi ſpinalis recurrentis conjunctio cum tertio nervorum cervicalium. Eſt i figurae 11. tabulae xviii. Poſt ſpinalis recurrens retrorſum ducitur: vide a tabulae xx. n°. 11.

i i i Nervus intercoſtalis ſiniſter.

k Nervi intercoſtalis ganglion cervicale ſuperius.

l Ramus nervorum cervicalium ſecundi, ad ganglion k accedens.

m Ramus nervorum cervicalium primi, ad idem ganglion k.

n, o Rami à nervis cervicalibus ad nervum intercoſtalem accedentes.

p Nervi intercoſtalis ganglion in principio thoracis. Ad ſequentes, quum per ſe appareant, notas non appoſui.

q, q, &c. Rami, quibus nervus intercoſtalis conjunctus cum nervis ſpinalibus: nempe cervicalium ſeptimo, & octavo; coſtalibus, & lumbalibus omnibus. Quorum illi, quibus conjunctus cum coſtalium infimo, & lumbalium proximis quatuor, per pſoam magnum penetrant.

r, s Extremus nervus intercoſtalis, pertinens ad oſſis ſacri nervum primum r, & ſecundum s.

t Nervus inſignis, juxta dorſi vertebras oriens à nervo intercoſtali: hic quidem principiis ſex, juxta ramos, quibus intercoſtalis conjunctus cum dorſa-

Digitized by Google

ſalium quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono. Eſt ω ω figurae II. tabulae XVIII. Qui nervus, hic truncatus, per diaphragma penetrat in abdomen: ubi cum octavo pari nervorum cerebri, & cum aliis nervi intercoſtalis ramis conjungitur, &c. Vide tabulae XVIII. figuram II.

u Nervi intercoſtalis ramus Θ figurae II. tabulae XVIII.

w, w, &c. Rami, quibus nervus intercoſtalis dexter conjunctus cum ſpinalibus. Vide φ, φ, &c. figurae II. tabulae XVIII.

x, y Intercoſtalis dextri rami, qui r, s ſiniſtri.

z: z Rami, qui 6: 6 figurae II. tabulae XVIII.

A: A Rami, qui 7, 7 figurae II. tabulae XVIII.

B: B Nervorum cervicalium ſecundi.

C: C Rami, quibus nervorum cervicalium ſecundi cum tertiis conjuncti.
Conjunctio cum cervicalium tertiis commaculata eſt in archetypa, eoque obſcurata: de quo dictum annotatione ad T figurae I. tabulae XVIII. Confer tabulae XVIII. figurae II. 21.

D: D Nervorum cervicalium tertii.

E: E Rami, quibus nervorum cervicalium tertii cum quartis conjuncti.
Dextri conjunctio cum quarto commaculata eſt in archetypa: de quo dictum annotatione ad T figurae primae tabulae XVIII. Conferatur hujus tabulae XIX. ſiniſter, & tabulae XVIII. figurae II. 22.

F: F Nervorum cervicalium quarti.

G: G Nervorum cervicalium quinti.

HIK: HIKL Nervi diaphragmatici, duobus principiis orientes, altero H à nervorum cervicalium quarto, altero I à quinto. K: K Trunci eorum; quorum ſiniſter, ob mucronem cordis in ſiniſtram vergentem, ſiniſtrorſum deflectit. L Dextri ramoſus finis in diaphragmate. Vide 24 25 26 27: 24 25 26 27 figurae II. tabulae XVIII.

M: M Nervorum cervicalium ſexti.

N: N Nervorum cervicalium ſeptimi.

O: O Nervorum cervicalium octavi.

P: P Nervorum dorſalium primorum rami ad cervicalium octavos accedentes. Confer 29: 29 figurae II. tabulae XVIII.

Q, R, &c. Nervorum dorſalium rami coſtales, qui ſecundum coſtas ducti. Q: Q Primi. R: R Secundi. S: S Tertii. T: T Quarti. U: U Quinti. V: V Sexti. W: W Septimi. X: X Octavi. Y: Y Noni. Z: Z Decimi. α: α Undecimi. β: β Duodecimi. Undecim primi in ſiniſtro latere ſubeunt muſculos intercoſtales internos: quibus in dextro detractis, apparet quomodo rami illi inter muſculos intercoſtales internos externoſque ducantur. Ramos emittunt, quorum alii ad intercoſtales muſculos pertinent, alii ad exteriora penetrant. Duodecimi autem primum ſunt poſt pſoas magnos, dein ſecundum internam partem quadratorum lumborum & transverſorum abdominis: quod in latere ſiniſtro exhibitum.

γ An nervi coſtalis primi?

δ Nervi coſtalis ſecundi ramus, qui per muſculum intercoſtalem externum ſecundum, infra coſtam ſecundam, penetrat, ſtatim juxta principium capitis ſerrati magni, quod à coſta illa oritur: ac deinde ſecundum idem illud caput flectitur retrorſum, poſteaque per exteriora latiſſimi dorſi ſub cute ducitur.

ε Similis ramus nervi coſtalis tertii.

ζ Si-

Digitized by Google

ζ Similis ramus nervi coſtalis quarti. Is ramos emittit ſub cute tum retrorſum ductos, tum antrorſum.

η Similis ramus nervi coſtalis quinti. Penetrat primum per muſculum intercoſtalem externum, dein per caput obliqui externi abdominis, quod à coſta quinta oritur; duciturque poſtea ſub cute.

θ, ι, κ Nervorum coſtalium ſeptimi θ, octavi ι, noni κ, rami ad internam partem obliqui externi abdominis.

λ Nervi coſtalis decimi ramus. Poſtquam per muſculum intercoſtalem externum & per transverſum abdominis penetravit, inter transverſum & obliquum internum pertinet in priora ad rectum; perque eum etiam, aponeuroſesque obliquorum, penetrat ad loca ſub cute.

μ Nervi coſtalis undecimi ramus. Ducitur, penetratque ut decimi ramus λ.

ν Nervi coſtalis decimi ramus ad interiora obliqui interni abdominis.

ξ Nervi coſtalis undecimi ramus ad interiora obliqui interni abdominis.

ο, π Nervi coſtalis, ut videtur, duodecimi rami. Ducuntur inter transverſum & obliquum internum abdominis.

ρ Nervorum lumbalium, ut videtur, primi ramus. Ducitur inter transverſum & obliquum internum abdominis.

σ : σ Nervorum coſtalium duodecimorum rami. Per transverſos abdominis penetrantes continuantur in tabula xx. n°. 11. δ, ε : δ, ε : inque priora ducti, rami ο, π eſſe videntur.

τ : τ Nervorum lumbalium primi.

υ : υ Nervorum lumbalium primorum rami, qui per transverſos abdominis penetrantes, continuantur in tabula xx. n°. 11. ζ : ζ. Siniſter videtur ramus ρ eſſe hujus tabulae.

φ Nervorum lumbalium ſecundus. Ejus reciſi rami duo ſunt radices nervi Ψ.

χ Conjungitur nervorum lumbalium ſecundus cum lumbalium tertio, & cum radice ſuperiore nervi 1.

ψ Nervus, ad quem Φ appoſita in latere ſiniſtro, gemina hic radice oriens, altera à nervorum lumbalium primo, altera à ſecundo.

ω Nervorum lumbalium tertius.

Γ Nervorum lumbalium quartus.

Δ Ramus, qui à nervorum lumbalium quarto accedit ad nervum iſchiadicum.

Θ : Θ Nervorum lumbalium quinti.

Λ : Λ Primi nervorum oſſis ſacri.

Ξ : Ξ Secundi nervorum oſſis ſacri. Dexter cum tertio conjunctus ramo intermedio.

Π : Π Tertii nervorum oſſis ſacri.

Σ : Σ Quarti nervorum oſſis ſacri.

Φ Nervus, cujus origo indicata in dextro latere ψ, ex pſoa magno emergens, cum eoque pertinens ad inguen, ante tamen diviſus in duos, qui ſub cute ducuntur, H, I tabulae xxi. n°. 11. in femore ſiniſtro, & ſcroto.

Ψ Nervus, qui gemina radice oritur à nervorum lumbalium ſecundo φ, ubi radices illae reciſae. Hic nervus eſt nervus Ω tabulae xxi. n°. 11. in femore ſiniſtro.

Ω Nervi cruralis ramus, qui cum nervo Ψ conjungitur in unum. Eſt G tabulae xxi. n°. 11. in femore ſiniſtro.

1 : 1 Inſignis ab utroque latere nervus, qui radicibus duabus, altera à lumbalium ſecundo & tertio, altera à quarto, ortus, deorſum ducitur primum ſub pſoa magno, dein per latus pelvis ad ſuperiorem partem magni fora-

Digitized by Google

minis ossis coxae: ubi dividitur in ramos duos, 2 priorem, & 3 posteriorem. Quorum

2 Prior per sinum, qui in superiore parte foraminis magni ossis coxae est, supra obturatores penetrat, porroque sub pectineo & adductore longo femoris, secundum obturatorem externum primum, deinde adductorem brevem femoris, dein adductorem magnum, ducitur: ramosque dat adductori longo & brevi, & ad postremum gracili.

3: 3 4 Posterior per eundem sinum penetrat, ac mox deorsum ducitur inter obturatores, dans ramum externo: penetrat deinde per externum illum 4, duciturque inter pectineum, adductoremque brevem ac longum à parte priore, obturatorem externum & adductorem magnum à posteriore, ramoso denique fine ad adductorem magnum pertinens.

5 Nervus ischiadicus.

6: 6 Nervi crurales. Quorum dexter hic fit è conjuncto nervorum lumbalium tertio cum quarto, accedenteque parte secundi. In sinistro insula, per quam inveni penetrantem portionem psoae magni.

7: 7 Nervorum cruralium rami ad iliacos internos.

8: 8 Nervorum cruralium rami exteriores, qui per femora ducti, ramos dant iliacis internis, rectis crurum, vastis internis, cruralibus, vastis externis.

9: 9 Nervorum cruralium rami interiores, per femora ducti, ramosque dantes vastis internis.

10: 10 Radices nervorum M: M tabulae XXI. n°. 11. Docet, puto, comparatio.

11. 11 Radices nervorum N: N tabulae XXI. n°. 11. Colligo ex comparatione.

12 Hic truncatus ramus interior nervi cruralis dextri, ubi ramus ille inter sartorium gracilemque emersurus, continuatur tabula XXI. n°. 11. S in crure dextro.

13 Radix rami, qui postquam sartorium perforavit, continuatur tabula XXI. n°. 11. R.

14 Truncatus ramus interior nervi cruralis sinistri, ubi ramus ille inter sartorium & gracilem penetraturus, continuatur tabula XXI. n°. 11. S in crure sinistro.

15: 15 Nervorum ischiadicorum rami 9: 9 tabulae XX. n°. 11: qui inter fibulas & peroneos longos in priora emergunt, ac deinde ducuntur primum sub extensoribus digitorum pedum longis, dein inter extensores longos pollicum & tibiales anticos, post à latere extensorum longorum pollicum emergunt, 16: 16 ac ducuntur per pedes extremos. Ramos emittunt 17: 17, 18, 19: 20, 21: quorum 17: 17 ad extensores longos digitorum pedum pertinent: 18 ad peroneum longum: 19 sub cute ducitur, divisus in duos, qui ramis 20 & 21 respondent: 20, 21 sunt varietas rami 19, in duos illos 20, 21 citius divisi; suntque 3 & 4 tabulae XXI. n°. 11.

22: 22 Nervorum cervicalium quinti, sexti, septimi, octavi, vario modo conjuncti, accedentibus etiam ramis à costalium primis. Ad axillas inprimis pertinent, inque nervos brachiales migrant.

23 Nervorum ad axillam pertinentium ramus ad interiora pectoralis.

24 Nervorum ad axillam pertinentium ramus ad interiora serrati antici.

25 25 Nervorum ad axillam pertinentium ramus ad latissimum dorsi. Qua parte sub latissimo illo ducitur, exhibitus tabula XX. n°. 11. 41.

26 Nervorum cervicalium sexti ramus, qui secundum serratum magnum, & dein sub latissimo dorsi ductus, pertinet ad serratum magnum. Qua parte sub latissimo ducitur, exhibitus tabula XX. n°. 11. 42.

27,

Digitized by Google

27, 28, 29, 30: 27, 28, 29, 30 Quatuor magni nervi brachiales, in quos ab utroque latere nervi per axillas ducti, praecipue migrant. 27: 27 Primi, qui musculos coracobrachiales quasi perforant. 28: 28 Secundi, qui per humerorum longitudinem ad flexum cubitorum, indeque per cubitos ad volas ducuntur. 29: 29 Tertii, qui pone ossa humerorum ducuntur, suntque 43: 43 tabulae XX. n°. II. Quarti 30: 30, qui ducuntur per humerorum longitudinem ad partem posteriorem condylorum majorum, indeque per cubitos in volas.

31 Nervorum brachialium tertii 29 ramus, qui in posteriora ductus continuatur tabula XX. n°. II. 37.

32 Hic primus nervorum brachialium 27, postquam primum sub coracobrachiali ductus, penetrat per eum, posteaque ducitur sub bicipitis capite breviore, ramos dans bicipiti & brachiali interno: dein inter bicipitem & brachialem internum à priori parte emergens, ducitur sub cute, qui 25 tabulae XXI. n°. II; hîc autem, ubi emergeret, rescissus 33: 33.

34 Primi brachialium ramus, qui cum brachialium secundo conjungitur. Idem in brachio sinistro.

35: 35 Hic secundi brachialium 28: 28 ramos dant pronatoribus teretibus, radialibus internis, sublimibus, palmaribus longis.

36: 36 Brachialium secundorum rami insignes, qui ramos dant profundis, & flexoribus longis pollicum: ac postea 37: 37 musculis illis interserti, pertinent ad pronatores quadratos.

38 Hic secundus brachialium subit ligamentum carpi interius, penetratque 39 ad volam: in qua dividitur in ramos quinque, 40, 41, 42, 43, 44. Quorum

40 Primus dat ramum lumbricali tertio. Post dividitur in duos, alteroque eorum ducitur secundum latus digiti annularis, quo is spectat medium: altero secundum latus medii, quo is annularem spectat.

41 Secundus dat ramum lumbricali secundo. Ac deinde dividitur quoque in duos, altero eorum ducto secundum latus digiti medii, quo spectat is indicem: altero secundum latus indicis, quo is spectat ad medium.

42 Tertius ramum dat lumbricali primo: posteaque secundum latus indicis ducitur, quo is pollicem spectat.

43 Quartus ad pollicem pertinet, divisusque in duos, iis secundum utrumque latus ejus ducitur.

44 Quintus dat ramum abductori brevi pollicis, hic truncatum. Ac deinde interſertus opponenti pollicis & flexori brevi, pertinet ad opponentem.

45: 45 Continuationes nervorum, quorum dextro 51 tabula XX. n°. II. inscripsi. Brachialium tertii 29: 29 postquam ex cavis axillarum secundum ossa humerorum retrorsum, ac deinde inter brachiales externos ab altera, & longos brevesque ab altera parte, posteaque inter brachiales internos & supinatores longos ducti, hic 45: 45 inter brachiales internos & supinatores longos emergunt, ac deinde per internam partem cubitorum ducuntur: datisque ramis supinatoribus longis & radialibus externis, per supinatores breves penetrant 46: 46: unde continuantur tabula XX. n°. II. 52: 52.

47: 47 Hic truncati nervi continuantur tabula XXI. n°. II. 27, & tabula XXIII. n°. II. 10.

48, 48 Brachialium quarti 30 rami ad brachialem externum. 49, 49 Ad ulnarem internum. 50 Ad profundum.

51 Ejusdem ramus, qui sub ulnari interno ad dorsum cubiti extremi penetrat: unde continuatur tabula XXI. n°. II. 38, & tabula XXIII. n°. II. 15.

Digitized by Google

Poſt hunc ramum quartus brachialium ante ligamentum carpi interius ducitur ad volam: in qua emittit ramos tres, 52, 53, 54. Ex quibus

52 Primus inſignis, per volam, ſub profundi tendinibus, lumbricalibusque, ductus, ramis ſuis pertinet praecipue ad hos: abductorem minimi, adductorem oſſis metacarpi quarti, interoſſeos, adductorem pollicis, flexorem brevem pollicis, abductorem indicis.

53 Secundus emittit ſub cute ductum, hic truncatum: aliumque, ad abductorem digiti minimi. Duciturque deinde ſecundum latus poſterius digiti minimi.

54 Tertius, circa radicem digiti annularis & auricularis bipartitus, altero ramo ducitur ſecundum latus digiti auricularis, quo is annularem ſpectat; altero ſecundum latus annularis, quo ſpectat is auricularem.

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XX. N° 1.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XX. N° II.

Digitized by Google



TAB. XX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XX.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Masseter.
c Maxilla inferior.
d Obliquus superior capitis.
e Obliquus inferior capitis.
f Rectus posticus major capitis.
g Rectus posticus minor capitis.
h Complexus.
i Splenius capitis.
k Levator scapulae.
l Splenius colli.
m Spinalis colli.
n Scalenus posticus.
o Scalenus medius.
p Serratus posticus superior.
q Rhomboïdeus minor.
r Rhomboïdeus major.
s Sacrolumbalis.
t Longissimus dorsi.
u Spinalis dorsi.
v Multifidus, juxta os sacrum truncatus.
w, w, &c. Costae.
x, x, &c. Intercostales externi.
y: y Transversi abdominis.
z, z, &c. Processus transversi vertebrarum dorsi & lumborum.
α, α Spinae vertebrarum.
β Os sacrum.
γ Coccyx.
δ: δ Ossa ilium.
ε: ε Glutei minores.
ζ Pyriformis.
η: η Geminorum superiores.
θ: θ θ Obturatores interni.
ι: ι Geminorum inferiores.
κ: κ Trochanteres majores.
λ: λ Quadrati femorum.
μ: μ Principia capitum longiorum bicipitum crurum, truncata.
ν Ligamentum, quod ab osse sacro ad tuber ischii pertinet.
ξ Ligamentum, quod ab osse sacro ad ischii processum acutum pertinet.
ο: ο Levatores ani.
π Sphincter ani externus.
ρ: ρ Adductores magni femorum.
σ σ ς: σ σ ς Semitendinosi. ς Pars interior, hac parte alterum femur versus inversi.

ς Gracilis.
τ:τ υ Semimembranosi. τ:τ Hac parte inversi, & ex interiore parte expressi.
φ:φ Vasti interni.
χ:χ Bicipitum crurum capita breviora. ψ:ψ Longiora, a superiore parte truncata, & in exteriora inversa, atque ex interiore parte exhibita. ω:ω Eorundem bicipitum extrema.
A:A Vasti externi.
B:B Ossa femorum.
CC:CC Tibiarum ossa.
D:D Truncata principia capitum exteriorum gemellorum crurum.
E:E Poplitei.
FF:FF Tibiales postici.
G:GG Flexores longi digitorum pedum.
H:HHH Flexores longi pollicum pedum.
I:I Peronei longi.
KK Peroneus brevis.
L:L Malleoli externi.
M:M Malleoli interni.
N Calcanei tuber, quo nitimur.
O Caput ad flexorem longum digitorum pedis in planta accedens.
P Abductor digiti minimi pedis.
Q Videtur esse peronei longi tendo aut vaginae suae inclusus, aut rudi modo exhibitus.
R Flexor brevis digitorum pedis, truncatus.
S Abductor pollicis pedis, truncatus.
T:T Scapulae.
V:V Subscapulares.
WW:WW Ossa humerorum.
XXY Deltoïdes. Y In exteriora versi pars interior.
Z Teretis majoris extremum, truncatum.
Γ Latissimus dorsi, truncatus, & in exteriora inversus.
Δ Serratus magnus.
Θ:Θ Coracobrachiales.
Λ:Λ Tricipitum brachiorum partes, quae brachiales externi appellantur.
Ξ:Ξ Brachiales interni.
Π:Π Tricipitum brachiorum partes, quae longi appellantur, truncatae & inflexae.
Σ:Σ Tricipitum brachiorum partes, quae breves vocantur, truncatae & inflexae.
Φ:Φ Extrema tricipitum brachiorum.
Ψ:Ψ Supinatores longi.
Ω:Ω Radiales externi.
1 Condylus minor humeri.
2:2 Supinatores breves.
3:3 Ulnae.
4:4 Profundi.

Dexter similis profundo H tabulae XXXVII. Sinister quoque profundus est, utpote secundum quem nervus 55 n°. 11. ducitur sub ulnari interno, hic idcirco remoto: quemadmodum etiam in tabulae XIX. brachio dextro, ejusdem illius nervi secundum profundum Ξ n°. 1. exhibendi caussa, inver-

vertit ulnarem internum Π. Adde quod in hac XX. tabula musculus sinister 4 n°. 1. de quo ago, respondet musculo Ξ n°. 1. tabulae XIX, qui omnino profundus est.

5: 5 Extensores majores pollicum manuum.

6: 6 Indicatores. Dextri tendo truncatus.

7, 8: 7, 8 Abductores longi pollicum manuum. 7, 7 Partes eorum superiores. 8, 8 Partes inferiores.

9: 9 Extensores minores pollicum manuum. Dextri tendo cum extensoris majoris tendine hic conjunctus: ex quo tendo communis, truncatus.

10, 10: 10, 10 Radialium externorum tendines.

N°. 11. NERVI.

Haec icon similis proximae superiori, eodem modo nervos ab hac parte interiores exhibet.

a Nervus spinalis recurrens. Continuatio nervi f tabulae XIX. n°. 11.

b Ramus nervorum cervicalium quarti, F sinister tabulae XIX. n°. 11: qui ramus adjungitur spinali recurrenti. E qua conjunctione natus c nervus ad cucullarem pertinet. Conferatur 23 figurae 11. tabulae XVIII.

d: d Nervorum cervicalium quintorum rami, qui perforant scalenos medios, posteaque per dorsum demissi, ramis suis ad rhomboïdeos majores pertinent.

e Ramus posterior nervorum cervicalium secundorum dextri: qui hic emergit inter obliquum inferiorem capitis & rectum posticum majorem. Dat recto ramum; penetraturus deinde per complexum, ubi hic rescissus f.

g Idem ramus sinistri lateris, ubi ex complexo emergit. Rescissus ibi, ubi per cucullarem penetraturus: unde continuatur tabula XXIII. n°. 11. e in sinistro latere.

h Nervorum cervicalium primi ramus.

i, k, l, m, n, o Nervorum cervicalium rami posteriores: i tertii, l quarti, n quinti, o sexti. Ramus autem k emittitur à principio nervi i: ramus m, à principio nervi l. Sic videtur. Tales certe hic loci nervos invenio.

p, q, r, s Nervorum cervicalium rami posteriores, per musculos hos penetrantes: p tertii, q quarti, r quinti, s sexti. Post penetrant quoque per cucullarem: unde continuantur tabula XXIII. n°. 11.

t, u, &c. Rami posteriores nervorum dorsalium: t primi, u secundi, w tertii, x quarti, y quinti, z sexti, A septimi, B octavi, C noni, D decimi, E undecimi, F duodecimi. G Lumbalium primi, H secundi, I tertii, K quarti.

L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, W, X, Y, Z, Γ, Δ Nervorum dorsalium & lumbalium rami per musculos, qui dorso & lumbis juxta spinam adjacent, penetrantes. Indicati rami, quos sacrolumbali dant rami W, Y, Z.

Θ, Λ, Ξ, Π, Σ, Φ, Ψ, Ψ, Ω, Ω, α, α, β, β, γ Rami nervorum costalium, qui per musculos intercostales penetrant in posteriora. Θ Sexti. Λ: Ξ Septimorum. Π: Σ Octavorum. Φ: Ψ, Ψ Nonorum. Ω, Ω: α, α Decimorum. β, β: γ Undecimorum.

δ, ε: δ, ε Nervorum costalium duodecimorum rami, σ: σ tabulae XIX. n°. 11, ut, puto, comparatio docet. Penetrant per transversos abdominis, & deinde inter eos & obliquos internos ducuntur in priora.

ζ: ζ Nervorum lumbalium primorum rami, υ: υ tabulae XIX. n°. 11. docente,

Digitized by Google

ut puto, comparatione. Per transversos abdominis penetrant, posteaque inter eos & obliquos internos in priora ducuntur.

η Ramus primi nervorum ossis sacri: per cujus foraminum posteriorum primum penetrat.

θ Ramus secundi nervorum ossis sacri: per cujus foraminum posteriorum secundum penetrat. Apparet, quomodo ramum à ramo primi η accipiat.

Suspicor scalpturae hic esse vitium, partemque illam nervi, ad quam θ proxime apposita, tanquam truncatam non fuisse exhibendam, sed ex ossis sacri foramine emergentis specie; ut exhibitus est nervus proximus superior η.

ι Ramus tertii nervorum ossis sacri: per cujus foraminum posteriorum tertium penetrat.

κ Ramus quarti nervorum ossis sacri: per cujus foraminum posteriorum quartum penetrat.

λ Nervus penetrans inter os sacrum & coccygem.

μ Extrema cauda equina, penetrans per hiatum extremum canalis ossis sacri.

ν, ξ, ο, π, ρ, σ, ς Horum continuationes esse videntur nervi Θ, Λ, Ξ, Π, Σ, Φ, Ψ tabulae XXIII. n°. II. An vero ν est per commune caput sacrolumbalis & longissimi dorsi penetrans nervi η ramus primus truncatus? Et an ξ est ramus primus truncatus nervi θ? similiterque ο penetrans nervus ι? &c.

τ : τ Nervi ischiadici.

υ : υ Ischiadicorum rami, qui ducuntur inter pyriformes gluteosque medios ab una parte, & gluteos minores ab altera, ramosque dant gluteis illis minoribus & mediis.

φ : φ Ischiadicorum rami, qui inter duo ligamenta ab utraque parte ossis sacri ad ischia pertinentia ducti, ramos per pingue spargunt, quod est à lateribus ani.

χ : χ Rami ischiadicorum, qui sub gluteis magnis demissi, dant iis ramos ψ : ψ. Dein infra gluteos continuantur tabula XXIII. n°. II. Ω, α : Ω α. Et quidem rami truncati ω : ω sunt continuati Ω : Ω tabulae XXIII. Rami 1 : 1 sunt continuati α : α tabulae ejusdem.

Apparet varietas nervorum φ χ : φ χ. In sinistro latere oriuntur radice communi: & in ramis quoque eorum dissimilitudo.

2 : 2 Ischiadicorum rami ad gluteos magnos.

3 : 3 Ischiadicorum rami, qui mox in duos divisi, 4 altero pertinent ad interiorem partem capitis longi bicipitis cruris; 5 altero ad interiorem semitendinosi.

6 : 6 Ischiadicorum rami, qui ramis suis pertinent ad interiorem partem semitendinosorum, & semimembranosorum.

7 : 7 Ischiadicorum rami pertinentes ad interiorem partem capitum longiorum & breviorum bicipitum crurum.

8 : 8 Ischiadicorum rami ad capita breviora bicipitum crurum.

9 : 9 Ischiadicorum rami, qui ad priora crurum ducuntur: ubi continuantur tabula XIX. n°. II. 15 : 15.

10 Radix rami, qui per suram sub cute ducitur, estque ν tabulae XXIII. n°. II.

11, 12, 13, 14 : 11, 12, 13, 14 Ischiadicorum rami. An 11 : 11 ad capita exteriora gemellorum, &c: & an 12 : 12 ad interiora? An 13 : 13 radices illorum, qui ξ : ξ tabulae XXIII. n°. II? An 14 : 14 ad popliteos? &c. Tales certe ischiadici circa poplites emittunt.

15 : 15 Ischiadicorum rami ad tibiales posticos.

16:

Digitized by Google

16 : *16*, 16 Ad flexores longos digitorum pedum.
17, 18 : 17, 18 Ad flexores longos pollicum pedum.
19 Ad caput, quod flexor longus digitorum pedis in planta accipit.
20 Iſchiadici ramus, qui emittit ramos 21, 22, 23, 24, 25. Quorum
21 Pertinet ad adductorem pollicis, interoſſeos, &c.
23 Pertinet ad abductorem minimi.
24 Ducitur ſecundum latus externum digiti minimi.
25 Pertinet ad radices digiti quarti & quinti. Ubi dividitur in duos, alteroque ducitur ſecundum latus digiti quinti, quo quartum ſpectat; altero ſecundum quarti latus, quo quintum ſpectat.
26 Iſchiadici ramus, qui ducitur ſecundum latus pollicis internum, emittitque ramum 27 ad abductorem pollicis pertinentem.
28 Ramus, qui ad radicem pollicis, & digiti ſecundi pertinet, ibique dividitur in duos: eorumque altero ducitur ſecundum latus pollicis, quo is digitum ſecundum ſpectat; altero ſecundum latus digiti ſecundi, quo is ſpectat pollicem.
29 Ad lumbricalem primum.
30 Ramus, qui ad radicem digiti ſecundi, & tertii pertinet, ibique dividitur in duos: quorum altero ducitur ſecundum latus digiti ſecundi tertium ſpectans; altero ſecundum latus tertii ſpectans ſecundum.
31 Ad lumbricalem ſecundum.
32 Ramus, qui ad radicem digiti tertii, & quarti pertinet, ibique in duos diviſus, altero ducitur ſecundum latus digiti tertii, quo is quartum ſpectat; altero ſecundum latus quarti, quo ad tertium is ſpectat.
33 Ad lumbricalem tertium.
34 : 34 Rami quinti paris nervorum cervicalium. Qui rami penetrant per lunulas ſcapularum, quae ſunt juxta proceſſus coracoïdeos Ac dein emittunt ramos 35 : 35, qui ducuntur ſub ſupraſpinatis, eisque ramos dant. Poſtea *36*: 36 circum ſpinas ſcapularum flectuntur, ducunturque ſub infraſpinatis, ac ramos eis dant.
37 : 37 Brachialium tertiorum rami, 31 tabulae XIX. n°. II. Unde rami, 38 ad teretem majorem, 39 ad deltoïdem. 40 An radix nervi φ tabulae XXIII. n°. II?
41 Nervi 25 tabulae XIX. n°. II. pars inter latiſſimum & ſerratum magnum demiſſa.
42 Nervi 26 tabulae XIX. n°. II. pars inter latiſſimum dorſi & ſerratum magnum ducta.
43 : 43 Nervorum brachialium trunci tertii, qui pone oſſa humerorum ducuntur. Sunt 29 : 29 tabulae XIX. n°. II.
44, 44, 44 : 44 Eorum rami ad brachiales externos. 45 : 45 Rami ad longos. 46 : 46 Rami ad breves.

45, 46 *Ad reciſos muſculos*, inquit Lanciſius, *extenſorem quidem longum feruntur nervi* 25. 11, *ad brevem vero* 26. 8; *quorum certe nervorum progreſſus ſub axilla dextera* 19. 26; *atque inſertio in praefatos muſculos* 18. 27. & 19. 34. *clarius cernuntur.* Hic invenio numeros hos 25. 11. deſignare latiſſimum dorſi, ramosque per eum ductos nervi, ad quem 41 appoſui. Si autem pro 25. 11. reponas 25. 10, deſignabuntur rami illius nervi, qui 45 in brachio ſiniſtro: qui rami revera ad extenſorem cubiti, quem vocant longum, pertinent. Non ſpectaſſe autem latiſſimum dorſi, nervumque 41 per eum ductum, colligimus ex iis, quae mox ſubjicit;

eorum *nervorum progressum sub axilla dextera, atque insertionem in praefatos musculos* 18. 27. & 19. 34. *clarius cerni.* Nam si in sinistro brachio nervum, ad quem 41 apposui, latissimumque dorsi spectasset, haec in dextro quoque brachio cerni traditurus non fuisset, ut in quo nihil exstat eorum. Quanquam tamen numeri, quibus nervos illos in dextro brachio designat, nempe 18. 27. & 19. 34. rei ipsi non plane respondent. Quum vero ibi numeri 19. 34. designent ramos nervi 45 dextri brachii, ad *extensorem* quem vocant *longum* pertinentes, existimari potest, hos 18. 27. designare debere nervos, quos dicit *ad brevem ferri.* Non designant autem eos, sed nervum 43 dextri brachii: quum nervi, qui *ad brevem feruntur*, hoc in brachio sint, ad quos 46 apposui.

47 Videtur esse radix rami χ tabulae XXIII. n°. 11. in brachio sinistro.

48, 49 Videntur esse radices ramorum ι tabulae XXIII. n°. 11. in brachio sinistro. Tales certe hic ramos truncus ille emittit.

50 Videtur esse radix rami χ tabulae XXIII. n°. 11. in brachio dextro.

51 Hinc tertius truncus brachialium continuatus tabula XIX. n°. 11. 45. Sic & in brachio sinistro.

Neque hîc est *bicipitis principium*, neque hic nervus 51 alicui musculo, si quid video, hîc *inseritur*; quod Lancisius *demonstrari* tradit.

52:52 Nervorum brachialium tertiorum trunci 46:46 tabulae XIX. n°. 11, per supinatores breves penetrantes ad exteriora cubitorum: ubi, postquam vicinis musculis ramos dederunt, ducuntur 53:53 sub extensoribus majoribus pollicum, & indicatoribus; post emergentes 54:54.

55 Nervorum brachialium quartus, 30 tabulae XIX. n°. 11. Dat profundo ramos 56, 57, 58.

T A-

122 A

2-85

Digitized by Google



TAB. XXI. Nº 1.

Digitized by Google




Digitized by Google



TAB. XXI, Nº II.

Digitized by Google

122 C



TAB. XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXI.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Frontalis.
b Frontalium pars per naſum excurrens.
c Orbicularis palpebrarum.
d Temporalis.
e Attollens auriculam.
f Occipitalis.
g Zygoma.
h Maſſeter.
i Buccinator.

Ejus certe locus eſt. Ipſum autem buccinatorem velle videtur, quoniam nervos ad eum pertinentes indicat. Caeterum rudis figura eſt, ut hoc, quicquid eſſe exiſtimare quis velit, ne quidem à maxilla diſtinxerit.

k, l Zygomatici.
m Levator labii ſuperioris.
n Levator labii ſuperioris alaeque naſi.
o Orbicularis oris, aut ejus certe locus.
p Depreſſores labii inferioris.

Depreſſores labii inferioris nullam aliam ob cauſſam eſſe dico, niſi quod iis in locis ſiti ſunt. Ex icone tamen perſpicuum non eſt, utrum depreſſores ipſos, an tantummodo locum eorum obiter indicare voluerit.

q Depreſſor anguli oris.
r Parotis.
s Biventer maxillae.
t Os hyoïdes, rudi modo indicatum.
u:u Sternohyoïdei.
v:v Sternothyreoïdei.
ww:ww Coracohyoïdei.
x:x Sternomaſtoïdei.
y:y Cleidomaſtoïdei.
z Scalenus.
A Levator ſcapulae.
B Splenius.
C:C Cucullares.
D:D Claviculae.
E:E Deltoïdei.
F:FF Brachiales interni.
G:G Bicipites brachiorum
HII:HI Tricipites brachiorum. H Pars, quae longus appellatur. I Pars, quae brachialis externus.
K Condylus major.
L Palmaris longus.
M Ulnaris internus.
N Ulnaris externus.
O Extenſor proprius digiti auricularis.

P Extenſor communis digitorum manus.
Q Pollicis abductor longus cum extenſore minore.
R:S Radiales externi.
T Abductor longus pollicis.
V Supinator longus.
W Pronator teres.
X Radialis internus.
Y Palmaris longus.
Z Ulnaris internus.
α Palmaris brevis.
β Flexor brevis pollicis manus.
γ, γ, γ, γ Tendines ſublimis.
δ, δ, δ, δ Tendines profundi.
ε:ε Pectorales.
ζ:ζ Papillarum loci indicati.
η:η Serrati magni.
θ:θ Latiſſimi dorſi.
ι:ι Obliqui externi abdominis.
κ Locus ſynchondroſis pubis oſſiumque pubis indicatus: à quo λ penis dependet.
μ:μ Funiculi ſpermatici cum cremaſteribus.
ν:ν Criſtae oſſium ilium.
ξ:ξ Glutei medii.
ο:ο Tenſores vaginarum femorum.
Supra inter ſartorium τ & pectineum π in utroque femore locus iliaci interni cum pſoa magno.
π:π Pectinei.
ρ:ρ Adductores longi femorum.
σ:σ Graciles.
ς Semitendinoſus.
τ:τ Sartorii.
υ:υ Vaſti interni.
φ:φ Recti crurum.
χ:χ Vaſti externi.
ψ:ψ Tendines gracilium.
ω:ω Tendines ſemitendinoſorum.
Γ:Γ Gemelli crurum.
Δ:Δ Solei.
Θ Flexor longus digitorum pedis.
Λ Flexor longus pollicis pedis.
Ξ Tibialis poſtici tendo.
Π:Π Tibiae.
Σ:Σ Tibiales antici.
Φ Extenſor longus digitorum pedis.
Ψ Peroneus longus.
Ω:Ω Abductores pollicum pedum.

N°. II.

Digitized by Google

N°. II. N E R V I.

Nervos exhibet, quos subcutaneos appellant. Alii inter musculos, alii per eos penetrant, alii è posteriore parte veniunt.

In (adipem) *innumerabiles pene nervorum propagines distribuuntur, quae quidem, ut videor in corporibus secandis observasse, in cutem non ita frequenter inseruntur, ut quispiam forte arbitratur: sed utplurimum in tenuissimas fibras dissectae, adipis substantia terminantur.* De multitudine capite XXXIII. pagina CLI. D. Qui locus pertinere huc potest.

a Nervorum cervicalium secundi. Est continuatio rami f tabulae XXIII. n°. II.

Ramusculi paris vagi hic meminit Lancisius, designatusque numeris his, 7. 38: qui designant locum inter nervos a & c, ut incertum esse fortasse possit, ad quemnam eorum pertineant. Sive autem ad hunc, sive ad illum pertineant, neuter certe eorum, docente anatome, paris est illius, quod vagum vocatur.

b Ramus, qui continuatur tabula XXIII. n°. II. g.

c Nervorum cervicalium secundi.

Hunc inveni effectum ex ramo cervicalium secundi & ramo tertii conjunctis inter se. Et vide annotationem ad a.

d Septimi paris nervorum cerebri portio dura. e Ramus ejus ad zygomaticos. f Ramus ad buccinatorem.

g Nervus spinalis recurrens.

h:h Nervorum cervicalium tertiorum.

Hunc effectum inveni ex ramo cervicalium tertii conjuncto cum secundi ramo.

i:ii Nervorum cervicalium quartorum.

k:k Nervorum costalium primorum.

l:l Nervorum costalium secundorum.

m:m Nervorum costalium tertiorum.

n:n Nervorum costalium quartorum.

o:o Nervorum costalium quintorum.

p:p Nervorum costalium sextorum.

q, r, s, t, u, v, w, x, y, z, α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ ν, ξ ο, π, ρ, σ, ς, τ, υ, φ χ, ψ ω, Γ, Δ, Θ Λ, Ξ, Π, Σ, Φ Nervorum costalium, & lumbalium primorum. Ex his ramus

θ continuatur tabula XXIII. n°. II. T.

ν continuatur ibidem V.

ο continuatur ibidem W.

χ continuatur ibidem Y.

ω continuatur ibidem Z.

Λ continuatur ibidem Γ.

Ψ:Ψ Continuationes ramorum Δ:Δ tabulae XXIII. n°. II.

Ω:Ω Continuatio nervi Ψ tabulae XIX. n°. II. Ramus

A continuatur tabula XXIII. n°. II. ε.

B continuatur ibidem ζ.

C continuatur ibidem η.

D continuatur ibidem θ.

E continuatur ibidem ι.

F continuatur ibidem κ.

G Est nervus Ω tabulae XIX. n°. II.

Digitized by Google

Hic eſt ſcalpturae vitium, quod macula quoque archetypae indicat. Deberet hic nervus conjunctus exhiberi cum nervo Ω, ut cum nervo Ψ nervus Ω conjunctus tabula XIX. n°. II.

H, I in ſiniſtro femore, & ſcroto, Continuationes ramorum, in quos dividitur nervus Φ tabulae XIX. n°. II. Iidem nervi in femore dextro.

K Nervi penis, per dorſum ejus ducti.

L:L Nervi crurales. Confer *6*:*6* tabulae XIX. n°. II.

M:M Nervorum cruralium rami ad pectineos.

N:N Nervorum cruralium rami ſubcutanei. Quorum rami O:O per ſartorios penetrant, continuanturque inde P:P.

Q Nervi cruralis ramus, qui conjungitur cum ramo ſubcutaneo P.

R Nervi cruralis ramus, continuatio rami 13 tabulae XIX. n°. II. Per ſartorium penetrat, poſteaque conjungitur cum nervo S.

S:S Nervorum cruralium rami, continuationes ramorum 12 & 14 tabulae XIX. n°. II. Penetrant inter ſartorios gracileſque, poſtea ſubcutanei.

T Ramus reſpondens ramo, quem emittit nervus R in ſiniſtro crure.

V Continuatio rami β tabulae XXIII. n°. II.

W Continuatio rami γ tabulae XXIII. n°. II.

X Continuatio rami δ tabulae XXIII. n°. II.

Y Nervi iſchiadici extremum ad plantam pertinens.

Z Continuatio rami π tabulae XXIII. n°. II.

1 Continuatio rami σ tabulae XXIII. n°. II.

2 Continuatio rami ς tabulae XXIII. n°. II.

3, 4 Continuationes ramorum 20 & 21 tabulae XIX. n°. II.

5 Continuatio rami ο tabulae XXIII. n°. II. Conjungitur cum nervo 3, ut ξ cum ϱ tabulae XXIII. n°. II.

6 Reſpondet nervo 23 brachii dextri. An varietas ejus?

7:*7* Haud dubie *7* & *16* uno trunco orti, ſunt cujus radix truncata tabula XIX. n°. II. in dextro brachio inter principia nervorum brachialium ſecundi 28, & quarti 30. Nervi autem *7*:*7* continuantur tabula XXIII. n°. II. ς:ς.

8 Nervorum coſtalium ſecundi ramus inter coſtam ſecundam & tertiam penetrans. Ramo 9 ad dorſum pertinet: qui continuatur tabula XXIII. n°. II. S. Ramo altero 10 per brachium ducitur: hujuſque rami ramus 11 continuatur tabula XXIII. n°. II. υ.

12 Reſpondet ramo 10: continuaturque tabula XXIII. n°. II. τ.

13 Reſpondet ramo 9: continuaturque tabula XXIII. n°. II. X.

14 Videtur eſſe nervus 25 tabulae XIX. n°. II.

15:15 Nervorum brachialium trunci quarti: qui pone condylos majores ducuntur. Sunt 30:30 tabulae XIX. n°. II.

16:*16* Haud dubie *16* & *7* uno trunco orti, ſunt cujus radix truncata tabula XIX. n°. II. in dextro brachio inter principia nervorum brachialium ſecundi 28, & quarti 30. Horum autem nervorum *16*:*16* ramus 17 continuatur tabula XXIII. n°. II. 13. Ramus 18 continuatur ibidem 14. Ramus 19 continuatur ibidem 8. Ramus 20 continuatur ibidem 9.

21:21 Nervorum brachialium trunci ſecundi: qui 28:28 tabulae XIX. n°. II.

22 Ramus, quem brachialium primus ſecundo adjungit: idem qui 34 tabulae XIX. n°. II.

23 Talem vidi à nervis axillaribus orientem.

24:24 Continuationes ramorum ψ:ψ tabulae XXIII. n°. II.

25 Primus truncus nervorum brachialium, inter bicipitem brachii & brachialem

Digitized by Google

lem internum emergens: qui continuatio eſt nervi 33 tabulae XIX. n°. II. Ejus ramus 26 continuatur tabula XXIII. n°. II. 16.

27 Nervorum brachialium trunci tertii ramus: qui continuatio eſt rami 47 tabulae XIX. n°. II. Ejus ramus 28 continuatur tabula XXIII. n°. II. 17. Ramus 29 continuatur tabula XXIII. n°. II. 18.

30 Continuatio rami ω tabulae XXIII. n°. II.

31 Hic continuatur tabula XXIII. n°. II. 5.

32 Continuatio rami 4 tabulae XXIII. n°. II.

33 Continuatio rami 2 tabulae XXIII. n°. II.

34 Continuatio rami 3 tabulae XXIII. n°. II.

35 Continuatio rami 7 tabulae XXIII. n°. II.

36 Continuatio rami II tabulae XXIII. n°. II.

37 Continuatur tabula XXIII. n°. II. 12.

38 Ramus trunci quarti nervorum brachialium: qui continuatio eſt rami 51 tabulae XIX. n°. II.

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XXII.

Digitized by Google

1128 B



TAB. XXII.

Digitized by Google

TABULA XXII.

Exhibet venas & arterias ſubcutaneas appellatas: quarum aliae ex ipſis muſculis, aliae inter eos emergunt, aliae ex priore parte veniunt. Pleraeque venae ſolae ſine arteriis comitibus: quasdam comitantur arteriae, venis exiliores. Venae crebre conjunctae inter ſe. Et diſſimilis in duobus lateribus exhibita ratio. Quae omnia ex icone ſatis apparent. A quibus autem ſingulae venae & arteriae oriantur ramis, quanquam tradi de multis facile poteſt, de multis tamen difficulter poſſet, quod certa non conſtat ratio. Et quoniam, expoſitum ſi eſſet, parum haberet utilitatis, exponendi operam ſuſcipere neceſſarium viſum non eſt.

a Temporalis.
b Zygoma.
c Maſſeter.
d:d Occipitales.
e:e Sternomaſtoïdei.
f:f Loci complexorum, ſpleniorum capitis, & levatorum ſcapularum.
g:g Cucullares.
h:h Infraſpinati.
i:i Teretes minores.
k:k Teretes majores.
l:l Latiſſimi dorſi.
m, m, &c. Spinae vertebrarum.
n:n Obliqui externi abdominis.
o:o Obliqui interni abdominis.
p:p Criſtae oſſium ilium.
q:q Glutei magni.
r Sphincter ani externus.
s:s Graciles.
t:t Adductores magni femorum.
u:u Semimembranoſi.
v:v Semitendinoſi.
w:w Bicipites crurum.
x:x Partes craſſiores vaginarum tendinearum femorum.
yy:yy Gemelli crurum.
z:zz Solei.
A:A Peronei longi.
BB:BB Peronei breves.
CC Extenſor longus digitorum pedis.
D Tibialis anticus.
E:E Peronei tertii.
F Flexor longus digitorum pedis.
G:G Abductores digitorum minimorum pedum.
H:H Deltoïdei.
I:I Brachiales interni.
K:K Supinatores longi.
LM:LM Tricipites brachiorum. L:L Partes, quae vocantur breves. M:M Partes, quae longi.

Digitized by Google

N:N Palmares longi.
O:O Olecrana.
P:P Condyli minores humerorum.
Q Radialis externus.
R Radialis externus longior.
S Radialis externus brevior.
T:T Extensores communes digitorum manuum.
V:V Ulnares externi.
W Extensor proprius auricularis, aut certe locus ejus.
X:X Ulnares interni.
Y Radialis internus.
ZΓ Abductor longus pollicis manus. Z Pars superior, Γ inferior.
Δ Extensor minor pollicis manus.
Θ Ligamentum exterius, armillam referens.

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXIII. Nº 1.

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XXIII. N° II.

Digitized by Google

130 C



TAB. XXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXIII.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Occipitalis.
b Attollens auriculam.
cc Temporalis.
d Frontalis.
e Orbicularis palpebrarum.
f Zygoma.
g. Zygomaticus major.
h Buccinator.

Quoniam nervos ad buccinatorem pertinentes indicat, eum velle videtur. Rudis autem figura, ut ne quidem à maxilla distinxerit.

i Masseter.
k Sternomastoïdeus.
l Splenius capitis.
m Complexus.
n:n Cucullares.
o:o Infraspinati.
p:p Teretes minores.
q:q Teretes majores.
r:r Rhomboïdei majores.
s:s Sacrolumbales.
t:t Latissimi dorsi.
u:u Obliqui externi abdominis.
v:v Obliqui interni abdominis.
w:w Cristae ossium ilium.
x:x Glutei magni.
y Sphincter ani externus.
z:z Vaginarum femorum partes crassiores una cum tensoribus vaginarum.
A:A Bicipites crurum.
B:B Semitendinosi.
CC: CC Semimembranosi.
D:D Adductores magni femorum.
E:E Graciles.
F Sartorius.
GG: GG Gemelli crurum.
HH:H Solei.
I. i Peronei longi.
KK:KK Peronei breves.
L:L Peronei tertii.
M Extensor longus digitorum pedis.
N Flexor longus digitorum pedis.
O Tibialis posticus.
P:P Abductores digitorum minimorum pedum.
Q:Q Spinae scapularum cum processibus superioribus.

Digitized by Google

R:R Deltoïdei.
S:S Tricipitum brachiorum partes, ex longis & brevibus conſtantes.
T:T Brachiales interni.
V Biceps brachii.
W:W Condyli minores humerorum.
X Olecranon.
Y:Y Supinatores longi.
Z:Z Radiales externi.
α:α Extenſores communes digitorum manuum.
β:β Ulnares externi.
γ:γ Ulnares interni.
δ:δ Palmares longi.
ε Radialis internus.
ζη:ζη Abductores longi pollicum manuum. ζ Pars ſuperior. η Pars inferior.
θ:θ Extenſores minores pollicum manuum.
ι Extenſor major pollicis manus.

Nº. II. NERVI.

Nervos ſubcutaneos exhibet: quorum alii inter muſculos, alii per eos penetrant, alii è parte priori veniunt.

In (adipem) *innumerabiles pene nervorum propagines diſtribuuntur, quae quidem, ut videor in corporibus ſecandis obſervaſſe, in cutem non ita frequenter inſeruntur, ut quiſpiam forte arbitratur: ſed utplurimum in tenuiſſimas fibras diſſectae, adipis ſubſtantia terminantur.* De multitudine capite XXXIII. pagina CLI. D. Qui locus pertinere huc poteſt.

a Portio dura cerebri nervorum paris ſeptimi. Vide d, &c. tabulae XXI. nº. II.
b Nervorum cervicalium tertii, h tabulae XXI. nº. II.
c Nervus ſpinalis recurrens, g tabulae XXI. nº. II.
d Nervorum cervicalium ſecundi, c tabulae XXI. nº. II. Hic autem conjungitur cum ramo nervi e.

Duriuſculus auris nervus neque, quod Lanciſio viſum, *apparet ad poſteriora etiam occipitis deferri,* neque omnino *defertur.* Per *duriuſculum* enim *auris nervum* quin portionem duram nervi ſeptimi paris cerebri velit, non videtur dubitandum. Pro ramo autem portionis durae hic habuit ramum cervicalium ſecundi, cui d inſcripſi: qui idem eſt, qui ille, ad quem c appoſui tabula XXI. nº. II. Habuiſſe apparet ex his, quae addit, *ad poſteriora etiam occipitis deferri: --- immo vero conjungi videri, ac pene inſeri cum ramuſculo nervi* (e) *qui trapetii fines perforans ſurſum vagatur per occiput, & ad quadratos etiam muſculos dirigitur. Hujusmodi autem nervorum conjunctionem perſpicue notari ſub* 6. 23: quae ad nervum, cui d inſcripſi, pertinere; id in tabula apparet.

e:e Nervorum cervicalium ſecundorum. Siniſter eſt continuatio nervi g tabulae XX. nº. II.
f Hic ramus continuatur tabula XXI. nº. II. a.
g Continuatio rami b tabulae XXI. nº. II.
h:h Rami nervorum cervicalium quartorum, qui i tabulae XXI. nº. II. Siniſtri per cucullarem penetrant: quibus dextri reſpondent.
i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, w, x, y, z, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q

Digitized by Google

P, Q Nervorum cervicalium, dorsalium, & lumbalium rami in posteriora per musculos ad loca sub cute penetrantes.

R:R Nervi per infraspinatos penetrantes. An à nervis 36: 36 tabulae xx. n°. 11?

S Continuatio nervi 9 tabulae xxi. n°. 11.

T Continuatio nervi θ tabulae xxi. n°. 11.

V Continuatio nervi ν tabulae xxi. n°. 11.

W Continuatio nervi ο tabulae xxi. n°. 11.

X Continuatio nervi 13 tabulae xxi. n°. 11.

Y Continuatio nervi χ tabulae xxi. n°. 11.

Z Continuatio nervi ω tabulae xxi. n°. 11.

Γ Continuatio nervi Α tabulae xxi. n°. 11.

Δ:Δ Rami, qui continuantur tabula xxi. n°. 11. Ψ:Ψ.

Θ, Λ, Ξ, Π, Σ, Φ, Ψ: Θ, Λ, Ξ, Π, Σ, Φ, Ψ Videntur esse continuationes nervorum ν, ξ, ο, π, ρ, σ, ς tabulae xx. n°. 11.

Ω: Ω Continuationes nervorum ω: ω tabulae xx. n°. 11.

α:α Continuationes nervorum 1: 1 tabulae xx. n°. 11. Apparet quomodo differant inter se dexter & sinister. Sinistri ramus β continuatur tabula xxi. n°. 11. V. Ramus γ continuatur tabula xxi. n°. 11. W. Ramus δ continuatur tabula xxi. n°. 11. X.

ε Continuatio nervi A tabulae xxi. n°. 11.

ζ Continuatio nervi B tabulae xxi. n°. 11.

η Continuatio nervi C tabulae xxi. n°. 11.

θ Continuatio nervi D tabulae xxi. n°. 11.

ι Continuatio nervi E tabulae xxi. n°. 11.

κ Continuatio nervi F tabulae xxi. n°. 11.

λ:λ Nervi ischiadici.

μ:μ Rami nervorum ischiadicorum, qui ad priora crurum pertinent. Sunt 9:9 tabulae xx. n°. 11. Continuantur tabula xix. n°. 11. 15:15.

ν Hic nervus supplet defectum nervi α, hoc in pede per crus, ut in pede sinistro, non ducti.

ξ:ξ Nervorum ischiadicorum rami; continuationes 13: 13 tabulae xx. n°. 11. Circa illum certe locum ab ischiadicis oriuntur. Sinister conjungitur cum nervo ρ, ut 5 cum 3 tabulae xxi. n°. 11. Dextri ramus ο continuatur tabula xxi. n°. 11. 5.

π, ρ Sunt 4 & 3 tabulae xxi. n°. 11. Ac ramus π continuatur tabula xxi. n°. 11. Z. Ramus σ continuatur tabula xxi. n°. 11. 1. Ramus ς continuatur tabula xxi. n°. 11. 2.

ς:ς Continuationes nervorum 7:7 tabulae xxi. n°. 11.

τ Continuatio nervi 12 tabulae xxi. n°. 11.

υ Continuatio nervi 11 tabulae xxi. n°. 11.

φ:φ Hi oriuntur à nervorum brachialium tertiorum ramis 37: 37 tabulae xx. n°. 11.

χ:χ Rami truncorum tertiorum nervorum brachialium. Videntur esse 47 & 50 tabulae xx. n°. 11. Eorum rami ψ:ψ continuantur tabula xxi. n°. 11. 24: 24. Ramus ω continuatur tabula xxi. n°. 11. 30.

1: 1 Rami nervorum brachialium tertiorum. Unus in dextro brachio, duo in sinistro: quae varietas est. Sinistri videntur esse 48, 49 tabulae xx. n°. 11. Eorum ramus 2 continuatur tabula xxi. n°. 11. 33. Ramus 3 continuatur tabula xxi. n°. 11. 34. Ramus 4 continuatur tabula xxi. n°. 11. 32.

Digitized by Google

5 Continuatio rami 31 tabulae XXI. n°. II.
6 Primi trunci nervorum brachialium ramus. Eft 25 tabulae XXI. n°. II. Eft continuatio nervi 33 tabulae XIX. n°. II. Ejus ramus 7 continuatur tabula XXI. n°. II. 35.
8 Continuatio nervi 19 tabulae XXI. n°. II.
9 Continuatio nervi 20 tabulae XXI. n°. II.
10 Ramus trunci tertii nervorum brachialium. Eft 27 tabulae XXI. n°. II. Eft continuatio nervi 47 tabulae XIX. n°. II. Ejus ramus 11 continuatur tabula XXI. n°. II. 36.
12 Continuatio nervi 37 tabulae XXI. n°. II.
13 Continuatio nervi 17 tabulae XXI. n°. II.
14 Continuatio nervi 18 tabulae XXI. n°. II.
15 Ramus trunci quarti brachialium. Eft 38 tabulae XXI. n°. II. Eft continuatio rami 51 tabulae XIX. n°. II. Hic conjungitur cum ramo nervi 17.
16 Continuatio nervi 26 tabulae XXI. n°. II.
17 Continuatio nervi 28 tabulae XXI. n°. II.
18 Continuatio nervi 29 tabulae XXI. n°. II.

TA-


Digitized by Google

Digitized by Google




TAB. XXIV. No. 1.

Digitized by Google



TAB. XXIV. N°. II.

Digitized by Google



TAB. XXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXIV.

No. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Masseter.
c Maxilla inferior.
d Rudi modo indicata pars posterior colli à latere complexi sub splenio capitis & trachelomastoïdeo.
e Complexus.
f:f Splenii capitis. Sinister truncatus.
g:g Levatores scapularum.
h Serratus posticus superior.
i Rhomboïdeus minor.
k Rhomboïdeus major.
l:ll Splenii colli.
m:m Spinales dorsi.
n:n Longissimi dorsi.
o:o Sacrolumbales.
p, p, &c. Costae.
q, q, &c. Intercostales externi.
r:r Serrati magni.
s:s Transversi abdominis.
t u:t u Ossa ilium. u:u Cristae.
v:v Glutei minores.
w:w Pyriformes.
x:x Ligamenta ab osse sacro ad ischiorum tubera pertinentia.
y:y Geminorum superiores.
z:z Obturatores interni.
A:A Geminorum inferiores.
B:B Trochanteres majores.
C:C Quadrati femorum.
D:D Ischiorum tubera.
E:E Levatores ani.
F:F Coccygei.
G Coccyx.
H Sphincter ani externus.
I:I Adductores magni femorum.
K:K Vasti externi.
L:L Capita breviora bicipitum crurum.
M:MM Ossa femorum.
N:N Vasti interni.
O:O Extrema truncata & inflexa capitum longorum bicipitum crurum.
P:P Poplitei.
Q:Q Flexores longi digitorum pedum.
R:R Tibiales postici.
S:S Peronei longi.
TT:T Peronei breves.

Digitized by Google

V:V Malleoli externi.
W:W Malleoli interni.
X:X Tibialium posticorum tendines.
Y:Y Scapulae.
Z Supraspinatus.
α Infraspinatus.
β Teres minor.
γ:γ Subscapulares.
δ Os humeri.
ε Deltoïdis inflexi pars interior.
ζ:ζ Brachiales interni.
η θ ι κ Triceps brachii. η Capitis, quod longus vocatur, in exteriora versi pars interior. θ Caput, quod brevis vocatur. κ Extremum truncatum.
λ Tricipitis brachii pars, quae brachialis externus appellatur.
μ Extremum commune tricipitis brachii capitum illorum, quae longus & brevis appellantur, truncatum & inflexum.
ν Extremum tricipitis brachii.
ξ Condylus major humeri.
ο:ο Condyli minores humerorum.
π:π Supinatores longi.
ρ:ρ Radiales externi.
σ:σ Supinatores breves.
ς:ς Ulnae.
τ:τ Profundi.
Sinister similis profundo H tabulae XXXVII.
υ:υ Abductores longi pollicum manuum.
φ:φ Extensores majores pollicum manuum.
χ:χ Entensores minores pollicum manuum.
ψ:ψ Indicatores.
ω, ω:ω, ω Tendines radialium externorum.

N°. II. VENAE ET ARTERIAE.

Venae & arteriae interiores exhibitae.
a Venae & arteriae per periosteum sub temporali ductae. Sunt w:w tabulae XXV. n°. II.
b Arteria 14 tabulae XXV. n°. II.
c Arteria 15 tabulae XXV. n°. II.
d,d Venae s,s tabulae XXV. n°. II.
e Vena t tabulae XXV. n°. II.
f Hi rami respondent ramis alterius lateris venae d & arteriae c: ramusque c in hoc latere respondet arteriae c sinistri lateris. Attamen circum splenium capitis ducuntur: non, detracto splenio, circum complexum, ut in sinistro latere.
g Vena cum arteria, quae ex interioribus per splenium capitis penetrant.
h:h Continuatio venae α tabulae XXV. n°. II. Earum i, i ramis nullae comites arteriae.
k:k Continuatio venae & arteriae z tabulae XXV. n°. II. Vena arcus specie continuatur venae h.

l:l Ve-

l:l Venae, quae sub rhomboïdeis deorsum ducuntur. m Conjunctio cum dorsali. n:n Horum venae l ramorum aliis comes arteria; aliis nulla.

o:o Rami arteriarum subclaviarum, qui comites adjunguntur venis l:l.

p:p Rami venarum k:k super supraspinatos ducti.

q Arteriae subclaviae ramus adjunctus venae p.

r Venae k ramus ductus sub supraspinato. Respondet ei ramus in sinistro latere.

s Venae & arteriae per scapulae lunulam, quae est ad radicem processus coracoïdei, in posteriora penetrantium, rami sub supraspinato ducti.

t:t Venarum & arteriarum axillarium rami, à quibus u:u rami, qui emittunt ramos v, w, x: v, w, x. v:v Ad interiorem partem deltoïdum. w:w Ad interiorem partem tricipitum brachiorum partium illarum, quae longi vocantur. x:x Conjunguntur cum ramis δ:δ.

y:y Earundem venarum & arteriarum t:t rami, qui dant ramos z z:z sub teretibus minoribus penetrantes, post per infraspinatos, inter quos deinde scapulasque ramos emittunt, dantque interiori parti infraspinatorum. α Earum rami ad teretem minorem. β Rami per exteriora praecipue serrati magni ducti: cui ramos dant.

γ:γ. Venae *axillares*, quas basilicas appellant.

δ:δ Venarum *axillarium* rami, qui conjuncti cum venis x:x, deinde cum arteriis comitibus emittunt ramos ε, ζ, η, θ: ε, ζ, η, θ. ε:ε Sub deltoïdeis sursum ducuntur. ζ:ζ Ad tricipitum brachiorum capita pertinent, quae longi vocantur. η:η Inter tricipitum brachiorum capita illa quae breves vocantur, illaque quae brachiales externi, ducuntur ad cubitos. θ:θ Ad tricipitum brachiorum capita, quae longi appellantur, pertinent.

ι:ι Venarum *axillarium* rami, qui conjunguntur cum venis θ:θ.

κ *Vena axillaris profunda.* Est η tabulae XXVI. n°. II.

λ *Externa axillaris vena.* Est β tabulae XXVI. n°. II.

μ:μ Venae & arteriae τ:τ tabulae XXVI. n°. II, inter supinatores breves & abductores longos pollicum penetrantes ad cubitorum exteriorem partem. Eorum in duobus cubitis exhibita dissimilitudo. In sinistro ramus venae deorsum ductus mox *geminus* fit, & *arteriam mediam comprehendit:* quod interdum fieri monet, explicatione tabulae VIII. figurae I. & II. T. t. In dextro simplex vena arteriae comes. In dextro longius ad manum ducuntur. In sinistro emittunt sursum ductos ramos.

Nimis sane oscitanter profundum axillaris venae ramum, κ tabulae XXV. n°. II, & η tabulae XXVI. n°. II, *descripsit*, *qui circa medium humeri*, *atque etiam interdum parum infra*, *vel supra medium ejusdem fere semper in duas propagines scinditur*, *quae arteriam hinc inde complexae sub cubiti articulum*, *non longe tamen ab eo invicem semel*, & *interdum etiam iterum*, & *cum tertio quodam humerariae ramo*, *ab eo*, *qui sub cute communem venam constituit*, *enato*, *uniuntur*, *paululumque progressae rursus in tres propagines dirimuntur*, *quarum una*, ο tabulae XXV. n°. II, & σ tabulae XXVI. n°. II, *Vesalio incognita bifariam scissa*, *altera parte*, σ tabulae XXVI. n°. II, *amplum ligamentum radio ulnaeque commune perreptat*; *altera*, τ tabulae XXVI. n°. II, *eodem ligamento perforato*, *in exteriorem ulnae sedem distribuitur*, μ tabulae hujus. De vena communi profunda brachii, antigrammate I.

ν Vena & arteria υ tabulae XXVI. n°. II. ad dorsum cubiti penetrantes.

ξ, ο, π, ϱ, σ, ς, ϛ, τ, υ, φ, χ, ψ, ω, Γ, Δ, Θ, Λ, Ξ, Π, Σ, Φ, Ψ, Ω Venarum & arteriarum intercostalium & lumbalium rami in posteriora penetrantes.

Digitized by Google

Intercostales rami venae sine pari --- in itinere multis in locis, praecipue autem circa posteriorem dorsi partem, simul commiscentur, alicubi ab arteriis concomitati, alicubi etiam soli incedentes, perforatisque musculis, qui ea in parte sunt, inter eos diguruntur, atque etiam sub cute adipem perreptant (tabula XXII.), *quod silentio praetereundum vel ob eam causam non erat, quia musculi posteriori dorsi sedi incumbentes, ab iis ramis extra erumpentibus alimentum plerumque sumunt.* De vena sine pari, antigrammate XVIII.

A:A Venarum & arteriarum hypogastricarum X:X tabulae XXVI. n°. II. rami inter os sacrum & ischia per principia pyriformium penetrantes ad nates. Varietas in duobus lateribus indicata, tum in ramis, tum quod in dextro venae mox ab ortu bifidae unam arteriam comitantur, eamque mediam continent.

B Vena ab hypogastricae ramis inter ischion & sacrum penetrantibus oriens, penetransque inter geminorum inferiorem & quadratum femoris, sine comite arteria. Et conjungitur C cum vena G, cruralis ramo.

D:D Venarum & arteriarum cruralium rami, ab iis mox sub inguinibus orti, & deinde in posteriora penetrantes. Varietas in duobus lateribus, quae apparet. In sinistro venae ramus E conjungitur cum venae A ramo. In dextro ramus F cum vena G.

G:G Venarum & arteriarum cruralium rami, qui per adductores magnos femorum penetrant in posteriora. Earum varietas in duobus lateribus: inter alias, dextrae venae truncus mox dividitur in duas, quae mediam arteriam continent. Rami, quos emittunt, musculisque dant, satis apparent.

H A vena & arteria G, antequam per adductorem magnum femoris penetrent, insignis vena & arteria sub extremo adductoris illius demittuntur. Earum rami sunt vena & arteria H per adductorem eundem penetrantes ad bicipitis cruris caput breve.

I:I Venae & arteriae, cruralium rami, conjuncti cum ramis G:G.

K:K Venae crurales. Quarum comites

L:L Arteriae crurales.

M:M Venarum & arteriarum cruralium rami conjuncti cum ramis G:G.

N:N Venarum & arteriarum cruralium rami, qui in principio crurum inter tibias & fibulas penetrant ad priora. Ubi venae sunt ⊕ & 8 tabulae XXVI. n°. II: arteriae 37:38 ibidem.

O:O Venae & arteriae fibuleae. Apparent rami, ac dissimilitudo dextrarum & sinistrarum. Inter alias differentias, dextra vena mox divisa in duas, iis mediam arteriam continet: sinistra simplex, nisi quod à principio ramum emittit, arteriae comitem & ipsum, sed circa cruris medium desinentem.

P:P Venae & arteriae tibiales. Satis apparent rami earum, ac dissimilitudo. Sinistra vena simplex: dextra mox divisa in duas, comitantes arteriam unam, quam mediam continent.

Q Rami venae 8 & arteriae 38 tabulae XXVI. n°. II.


Digitized by Google



TAB. XXV. N.º 1.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXV. Nº II.

Digitized by Google



TAB. XXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXV.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Masseter.
c Osseus auris introitus.
d Processus mammillaris.
e Complexus esse videtur.

Quoniam vasa, quae circum hunc ducuntur, eadem sunt, quae illa, quae in tabulae XXIV. sinistro latere ducuntur circum complexum, hunc quoque complexum esse, apparere puto. Neque obstat, quod in eadem tabula XXIV. eadem vasa in dextro latere circum splenium ducta videntur. Nam in hac XXV. locus capitis, ad quem musculus e pertinet, complexum esse indicat magis, quam splenium.

f g Biventer maxillae. g Truncatus tendo.
h h Stylohyoïdeus.
i:i Mylohyoïdei.
k Os hyoïdes.
l Sternohyoïdeus sinister, truncatus.
m Cartilago thyreoïdea.
n Cartilago cricoïdea.
o Hyothyreoïdeus dexter.
p Pharyngis rudis indicatio esse videtur.
q Sternothyreoïdeus dexter, truncatus.
r r Glandula thyreoïdea.
s:s Scaleni medii.
t:t Levatores scapularum.
u:u Cucullares.
w:w Claviculae, truncatae.
x:x Deltoïdei.
y:y Bicipites brachiorum, truncati, & in superiora flexi.
z:z Brachiales interni.
A:A Hic bicipites à brachialibus internis non distinxisse videtur.
B Coracobrachialis.
C:C Tricipitum brachiorum partes, è longis & brachialibus externis constantes.
D:D Condyli.
E Brachialis internus.
F:F Capita pronatorum teretium, truncata & inflexa.
Vide annotationem ad I.
G:G Capita radialium internorum, truncata & inflexa.
Vide annotationem ad I.
H:H Capita sublimium, truncata & inflexa.
Vide annotationem ad I.
I:I Ulnares interni, ad extremum truncati, & inversi. Sinister in superiore parte cubiti non distinctus à profundo.

Digitized by Google

Ulnaris externus esse nequit is, cui I inscripsi. Externus enim oritur à condylo priore ossis humeri, & hoc brachii positu in posteriore cubiti parte totus situs est. Velis, quaeso, considerare ulnarem externum in tabula XXIX. 26, & in tabula XXXIV. Z, & perpendere, an quidem hunc, cui I in hac tabula XXV. inscripsi, eundem esse censendum sit. Quod si autem, ut anatome docet, ulnaris internus est, nequit etiam ille, cui H inscripsi, ulnaris internus esse. Et quum vasa illa (ν tabulae hujus n°. 11.) ducantur sub principiis musculorum ab interno condylo orientium, atque, ut vasa illa apparerent, principia illorum musculorum inflexa sint, consequens esse videtur, ex musculis illis interiores exhiberi; qui sunt sublimis, & radialis internus, & pronator teres. Quorum inferior ortu situque interior quum sublimis sit, superior autem ortu sit pronator, medius radialis; existimandum esse videtur sublimem esse, cui H inscripsi; non ulnarem internum: pronatorem autem esse, cui F inscripsi; non radialem internum: radialem denique internum, cui G inscripsi; non palmarem. Vides quoque tribus his truncatis musculis F, H, I respondere totidem extrema truncata, M pronatoris teretis, P sublimis, V ulnaris interni. Ne quid addam de eo, quod anatomen ipsam satis ostendere puto. Haec autem silentio praeterire nequivi, ne ignorarentur caussae, quae à Winslowo hic recedere me coegerunt; quem merito suo facio plurimi, faciuntque omnes. Is in expositione anatomica corporis humani, in explicatione hujus tabulae, ulnarem externum esse ponit, cui I inscripsi: radialem internum, cui F: palmarem, cui G: ulnarem internum, cui H.

K : K Profundi.

L : L Supinatorum brevium loci.

M : M Pronatores teretes, truncati.

N : N Supinatores longi, truncati, & modice inversi.

O : O Radiales externi.

P : P Sublimes, truncati.

Q : Q Extrema supinatorum longorum, truncatorum.

R : R Abductores longi pollicum manuum.

S Flexor longus pollicis manus.

T : T Ulnae, aut earum loci.

V : V Extremi tendines ulnarium internorum, truncatorum.

W : W Abductores digitorum auricularium.

X Adductor ossis metacarpi digiti auricularis.

Y : Y Ligamenta interiora carpi, armillas referentia.

Z : Z Flexores breves pollicum manuum.

Γ Videtur opponens pollicis esse.

Similis est musculo, cui 2 inscripsi tabula XIX. n°. 1; quem opponentem esse, ibi posui. Similior quoque opponenti, quem puto, 69 tabulae XXXIII, quam quem abductorem pollicis brevem, 43 dextrum tabulae XXXII.

Δ : Δ Latissimorum dorsi in exteriora versorum partes interiores. Θ : Θ Eorum extrema tendinea.

Λ : Λ Teretes majores.

ΞΞ : ΞΞ Serrati magni.

Π, Π, &c. Costae, truncatae. Inter quas musculi intercostales.

ΣΣ Thoracis interiora, costis & intercostalibus musculis obscure indicatis.

ΦΦ Diaphragmatis pars inferior. ΨΨ Ejusdem truncata ora.

Ω Fo-

Digitized by Google

Ω Foramen, per quod ſtomachus penetrat.

α:α Renes.

Ambo juxta vertebrarum corpora, ea potiſſimum parte, qua magis extremae coſtae in poſteriora recurvantur, opportunam ſedem nacti ſunt; incumbuntque ſima ſui parte muſculis dorſi interioribus, quos ψόας Graeci dicunt, inanibus iis ſubjecti partibus, quae inter coſtarum extrema & os coxae interjectae ſunt: quanquam enim renes a ſpina & vena maxima, quae ei innititur, diſtant; non tamen, ut alii ſcribunt, adeo ab ea recedunt, ut muſculos femoris & dorſi motores non tangant. De renibus capite XI.

β:β Transverſi abdominis.

γ:γ Quadrati lumborum.

δ:δ Pſoae magni.

ε, ε Vertebra lumborum prima, & ſecunda.

ζ, ζ Ligamenta inter corpora vertebrarum intercedentia.

η Os ſacrum.

θ Veſica, cum pene.

ι:ι Iliaci interni.

κκ:κ Criſtae oſſium ilium.

λ:λ Glutei minores.

μ:μ Tenſores vaginarum femorum, inverſi.

ν:ν Oſſa pubis, truncata.

ξ:ξ Pectinei, à principio truncati.

ο:ο Iſchia, truncata.

π:π Adductores breves femorum, à principio truncati.

ρ:ρ Adductores magni femorum.

σ:σ Adductores longi femorum, truncati.

ς:ς Vaſti interni.

τ:τ Crurales.

υφ:υφ Vaſti externi. υ Hac parte in exteriora verſi pars interior. φ Pars exterior.

χ:χ Rectorum crurum reſectorum extremi tendines, deorſum inflexi.

ψ:ψ Gemelli.

ω:ω Plantares.

1:1 Solei.

2:2 Tibiae.

3:3 Peronei longi.

4:4 Peronei breves.

5:5 Fibulae.

Caeterum in pedibus extremis oſſa fere tantummodo indicata.

Nº. II. COR, VENAE, ARTERIAE.

Venas & arterias interiores, paucasque exteriorum exhibet, ut per thoracem & abdomen, ac ſecundum muſculos, oſſa, partesque alias ductae ſunt.

Quibus venis arteriae comites adjunctae ſint, ex icone ſatis apparet: idemque peti poterit ex arteriarum indice, quem indici venarum ſubjiciam.

1 Cor.

2 Auricula dextra cordis.

Digitized by Google

a Vena coronaria cordis minor, sive dextra: quae conjungitur cum majore. Vide S tabulae xvi. figurae i.
b, b Rami venae cordis coronariae majoris.
c Vena cava superior.
d Radix venae r figurae iii. tabulae xxvii.
e:e Venae subclaviae: quae inde ab axillis axillares vocantur.
f Vena thyreoïdea, quae conjungitur cum ramo venae jugularis internae dextrae.
g Radix venae l figurae iii. tabulae xxvii. Comparatio indicare videtur.
h Radix venae n figurae iii. tabulae xxvii: vel p figurae v. ibidem. Indicare comparatio videtur.
i:i Venarum mammariarum radices. Vide l:l figurae xii. tabulae xxvii.
k:k Venae jugulares internae, quae ramos per collum spargunt, &c.
l Venae jugularis internae ramus, qui mox dividitur in duos: eorumque
m m: m m Alter sursum ducitur sub biventre maxillae & stylohyoïdeo, perque malam deinde, ac porro oblique per genam perque nasi latus ad frontem mediam, ubi dexter sinisterque confluunt in venam o frontis: antea autem ramos emittit ad inferiorem partem oculi, exteriora nasi, canthum majorem, supercilium, pertinentes. Cum hac vena m m conjungitur ramus n venae v, quae est ramus jugularis externae. Eadem vena m m emittit ramum, à quo venae duae, p & q: quarum altera p conjungitur cum ramo venae r, ducto in loca quae sub maxilla sunt: altera q dividitur in duas, ad labia perque ea ductas. Illa autem, quae in labio inferiore est, continuatur eidem venae lateris alterius.
r Alter ramus venae l ducitur sub biventre eodem: anteaque ramum emittit, qui conjunctus cum vena p, pertinet ad loca sub maxilla.
s, s Rami venae jugularis internae, confluentes in venam unam, quae emittit venam t, per foramen, quod vel in suturae lambdiformis additamento, vel juxta illud est, penetrantem ad sinum lateralem meningis crassae.

Est hic, opinor, vitium in archetypa, ubi vena haec t apparet tanquam si conjuncta esset ab utraque parte cum arteria 15. Confirmat hoc tabula xxiv; in qua eadem illa vena, ad quam ibi loci e apposui n°. 11, distincta ab arteria eadem c, decussat eam. Ad cujus tabulae normam distinxi in hujus etiam xxv. lineari.

u Vena à jugulari interna accedens ad venam v, jugularis externae ramum ante auriculam sursum ductum.
v Ramus venae jugularis externae, qui per exteriora sternomastoïdei, ac deinde sub parotide sursum ducitur ante auriculam, ultraque eam sub cute. Infra, supraque, truncatus.
w, w Venae orientes à ramo venae r, qui sursum pone maxillam ducitur, ultraque sub temporali per latus calvariae in periosteo ramis w, w pertinet.

Venas & arterias temporales esse Winslowus, multae diligentiae ac peritiae laude dignissimus, tradit in expositione sua anatomica, in explicatione hujus tabulae. Potuerunt eo nomine appellari, eo quod per illum locum calvariae ducuntur, qui ex parte illa, quae tempus vocatur, nominari consuevit. Nequeunt autem esse (ne quis fortasse putet esse) quas vulgo venam & arteriam temporalem appellant, ut quae ante aurem super zygoma sub tegumentis corporis communibus, ut tabula xxii. exhibitum, ducuntur; non post zygoma, sicuti hae.

x:x Radices venarum jugularium externarum.

y:y

Digitized by Google

y:y Radices venarum primarum, quas jugulares externae h & h i tabulae XXVII. figurae V. emittunt.

z Vena, quae continuatur tabula XXIV. n°. II. k.

α Vena, quae continuatur tabula XXIV. n°. II. h.

β Vena, quae, ut videtur, pertinet ad ſcapulae lunulam, quae eſt ad radicem proceſſus coracoïdei.

γ:γ Venae, quae inter ſerratos anticos & magnos demittuntur.

ſ:ſ Venae, quae inter latiſſimos dorſi & ſerratos magnos demittuntur, ramorumque altero ad latiſſimorum internam partem pertinent, altero ad ſerratorum externam.

δ:δ *Trunci humerariarum & axillarium.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. D, & II. d.

εε:εε *Venae humerariae*, aliis cephalicae. Explicatione tabulae VIII. figurae I. E, & figurae II. e.

ζ *Venae communis ſuperficiariae radix*, facta ex conjunctione rami *humerariae* ε, & *axillaris externae.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. H, & figurae II. h.

η Ramus *humerariae, qui in flexu cubiti jungitur cum profunda axillari.* Confer explicationem tabulae VIII. figurae I. G.

Humerariae venae ramum, qui cum penitiori axillari coit, inter eum muſculum, qui ab interno humeri tuberculo enatus radium in pronum circumvertit, & inter alium, qui cubitum flectentium ſecundus ab eo numeratur, accuratius, quam hactenus fecerit, inquirat; in hac enim cubiti ſede, illum humerariae venae ramum ſine dubio inveniet, ſiquidem nunquam deeſt, etiamſi admodum varia ſit ſuperficiaria venarum circa cubiti articulum diſtributio. De vena communi profunda brachii, antigrammate III.

θ:θ Venae *axillares*, baſilicas vocant. Explicatione tabulae VIII. figurae I. I, & figurae II. i.

ϑ:ϑ *Venarum axillarium externarum*, (de vena communi profunda brachii, antigrammate IV.) hoc eſt, venarum *axillarium* (explicatione tabulae VIII. figurae I. K, & figurae II. k.) rami ſuperficiarii. Intermediis ramis conjuncti cum κ:κ *axillaribus profundis:* idque non eodem modo.

ι *Vena axillaris externa* ad poſtremum uno ramo conjuncta cum altero ramo eorum, in quos *axillaris profunda* diviſa eſt: altero cum ramo *humerariae*; ex quo fit *vena communis ſuperficiaria* ζ.

κ:κ *Venae axillares profundae, quae plerumque oriuntur ſupra medium longitudinis humeri, & interdum altius, vel humilius.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. L, & figurae II. l.

Axillaris profunda gemina eſſe ſolet, & arteriam hinc inde complecti. Interdum utraque ejus pars, in medio fere ductu in unam coit; deinceps illico bipartitur; & circa cubiti flexum iterum unitur: quod Veſalius ignorat. Explicatione tabulae VIII. figurae I. M.

Axillaris profunda ſupra humeri medium, in duas partes arteriam utrinque complectentes, dividitur; ex quibus circa cubiti flexum una efficitur; non ſolum ut in ſecunda figura (tabulae VIII.) *cernitur; ſed variis etiam modis, quorum nullus à Veſalio deſcribitur, aut pingitur.* Explicatione tabulae VIII. figurae II. m.

Nimis ſane oſcitanter profundum axillaris venae ramum κ *deſcripſit, qui circa medium humeri, atque etiam interdum parum infra, vel ſupra medium ejuſdem, fere ſemper in duas propagines ſcinditur, quae arteriam hinc*

Digitized by Google

inde complexae sub cubiti articulum, non longe tamen ab eo invicem semel; & interdum etiam iterum, & cum tertio quodam humerariae ramo, ab eo, qui sub cute communem venam constituit, enato, uniuntur, paululumque progressae rursus in tres propagines dirimuntur, quarum una a Vesalio incognita bifariam scissa, altera parte (σ tabulae XXVI. n°. II.) *amplum ligamentum radio ulnaeque commune perreptat; altera* (τ tabulae XXVI. n°. II.) *eodem ligamento perforato, in exteriorem ulnae sedem distribuitur* (μ tabulae XXIV. n°. II.): *aliae vero duae, non secus quam arteria diremptae, ad extremam usque manum una cum ea progrediuntur*, ϑ, τ : ϑ, υ. De vena communi profunda brachii, antigrammate I.

λ, λ Rami ad bicipitem brachii.

μ Venae *axillaris profundae* ramus, qui ultra cubiti articulum cum *vena communi profunda* conjungitur. Ab hoc ramo *surculi principiis musculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo*, pronatoris teretis, radialis interni, sublimis, *tributi*. Explicatione tabulae VIII. figurae I. N, & figurae II. n. Confer ι tabulae XXVI. n°. II.

ν In sinistro brachio, ubi nullus ramus μ, atque *axillaris profunda* diutius divisa manet, rami illi ad interiorem partem pronatoris teretis, radialis interni, sublimis, separatim oriuntur ab eodem ramo *axillaris profundae*, à quo in dextro brachio vena μ.

Axillaris profunda in flexu cubiti, aliquos surculos principiis musculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo, tribuit. Explicatione tabulae VIII. figurae I. N, & figurae II. n.

ξ *Vena communis profunda, quae videtur dividi in tres ramos, contra Vesalii opinionem.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. P, & figurae II. p. Facta ex *congressu axillaris profundae* & *rami ab humeraria communem venam constituente orto.*

ο : ο Venae σ : ς tabulae XXVI. n°. II. *Medius ramus venae communis profundae, qui à Vesalio nec describitur, nec pingitur; inter musculos secundum, & tertium digitorum internodium flectentes, totam membranei ligamenti ulnae, & radii longitudinem perreptans, musculis ei incumbentibus surculos tribuit; & interdum geminus existens arteriam hinc inde comprehendit.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. S, & figurae II. s.

ϑ : ϑ *Elatiores venarum communium profundarum rami*, Explicatione tabulae VIII. figurae I. R, & figurae II. r; quas venas radiales appellamus. Dextra vena simplex, in vola continuatur ulnari, arcus ⊕ forma. Emittit ramos π, π ad supinatorem longum, & sublimem, pertinentes. Posteaque ramum ϱ, qui sub abductore longo pollicis & extensore minore ducitur ad dorsum manus, ubi inter principia abductoris indicis & interossei ejusdem prioris penetrat ad volam: per cujus deinde profunda ramos spargit. Postquam autem inter principia abductoris indicis & interossei ejusdem prioris penetravit, emittit ramum ς, qui uno ramo pertinet ad indicis latus illud, quo pollicem spectat: altero ad pollicem, eoque conjungitur cum vena ex arcu ⊕ emissa.

In sinistro autem brachio exhibuit venam radialem mox divisam in duas, unius arteriae comites, quam mediam continent. Earumque altera σ ad dorsum manus pertinet, respondens venae ϱ. Illiusque venae σ ramus est vena ς, eadem, quae ς manus dextrae, sed ad indicem solum pertinens.

Elatior venae communis profundae ramus, juxta radium incedens, non raro, sicut humilior, geminus est, & sub musculo brachiale ad magnum digi-

gi-

Digitized by Google

gitum flectente deorsum procedens, vicinisque musculis propagines offerens, in internam sedem pollicis, vel indicis distribuitur. Explicatione tabulae VIII. figurae I. R, & figurae II. r.

τ *Humilior venae communis profundae ramus,* Explicatione tabulae VIII. figurae I. Q, & figurae II. q; quam venam ulnarem appellamus. In vola continuatur radiali ϑ, arcus forma: ex quo & arcu rami ad digitos pollicemque; quod ex icone satis apparet.

υ In sinistro brachio venae ulnaris unius loco, duae sunt, mediam arteriam continentes. Apparet origo earum, & quomodo mox ab ea conjungantur ramo intermedio. Apparet quomodo ad volam ducantur, perque eam ramis suis ad digitos, pollicemque: & aliter quidem, atque in manu dextra; quo varietas indicata.

Humilior venae communis profundae ramus, juxta ulnam incedens, non semper unus est; sed interdum geminus existens (quod Vesalius non animadvertit) comprehendit in medio arteriam, & sub musculo in octavum brachialis os inserto procedens, vicinisque soboles offerens, in internam manus sedem dispensatur; & omnibus digitis, vel quatuor, vel etiam paucioribus, surculos offert. Explicatione tabulae VIII. figurae I. Q, & figurae II. q.

φ Vena cava inferior.

χ: χ Venae diaphragmaticae.

ψ ψ ψ Radices venarum hepaticarum. Vide b, b, c, c, c, c figurae I. tabulae XXVII.

ω *Venula orta à dextra parte cavae venae supra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam distributa.* E figurae I. tabulae I.

Vena cava, ubi primum adhuc ex hepate emergens sublimis ad spinam flectitur, ramum quendam ex dextro quidem latere producit, non veluti alii scribunt, ex sinistro; qui numerosa serie in pinguem dextri renis tunicam, non autem sinistri digeritur. De renibus capite XV.

Γ *Venula, vel à cava, vel à suprema parte emulgentis dextrae ortum ducens; quae partim in septum transversum, partim in glandulam reni dextro incumbentem; partim in supernam regionem substantiae renis distribuitur.* F figurae I. tabulae I.

Cava vena, juxta eminentiorem sedem subjectae venae dextrum renem adeuntis, non raro propaginem emittit, quae in proximam septi transversi regionem, nec non & in superiorem partem substantiae renis ejusdem lateris, ac denique in glandulam sibi incumbentem surculos spargit: quam quidem propaginem, quod sciam, nemo anatomicus descripsit. De renibus capite XV.

Δ: Δ Venae emulgentes.

Solet in hominibus & in simiis una vena unaque tantum arteria utrique reni magna ex parte contingere. De renibus capite XV.

Consueverunt venae & arteriae renum magna ex parte non prius in ramos discindi, quam eorundem cavum ingressae sunt. De renibus capite XVII.

Θ *Venula à superiori latere sinistrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae distribuitur partim in septum transversum; partim in glandulam reni sinistro incumbentem, partim in superiorem regionem pinguis tunicae renis.* P figurae I. tabulae I.

Λ *Venula originem ducens à superiori latere emulgentis sinistrae juxta renem; disseminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.* T figurae I. tabulae I.

Vena, quae sinistrum renem adit, ex superiore & inferiore sede ramos emit-

Digitized by Google

emittit; ex superiore utplurimum consuevit, alterum quidem Θ *in medio suae longitudinis ductu, alterum vero* Λ *juxta ipsius insertionem producere; ex quibus prior* Θ *in superiorem partem membranae pinguis, usque ad renis longitudinis medium, & in ipsam glandulam reni incumbentem,* (R figurae I. tabulae I.) *ac denique in ipsum septum transversum surculos spargit, qui interdum insignes occurrunt, & cum ejusdem septi venis, mira naturae solertia, coëunt atque uniuntur; posterior vero idemque superior ramus* Λ, *in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco emulgens vena ex media sede vas seminarium* (Ξ sinistrum) *producit; quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque simul emulgente hoc fieri conspicimus: & haec quidem ea vasorum distributio est, quae frequentius occurrit.* De renibus capite XVI.

Ξ:Ξ Venae spermaticae. Quarum sinistra ab emulgentis venae sinistrae inferiore parte oritur: dextra à dextra parte venae cavae, aliquantum infra emulgentem dextram. Apparent rami, quos emittunt, ad partes, juxta quas ducuntur, pertinentes. Apparent quoque rami, quibus cum arteriis spermaticis conjunguntur: aliaque sinistrae cum comite arteria conjunctio: de quibus vide W, X figurae I, & R, S figurae III. tabulae XII.

Π, Π, Π:Π, Π, Π Rami venarum lumbalium; tertiarum, quartarum, quintarum.

Σ:Σ Venae iliacae.

Φ Venula, quae ab iliaca sinistra oriens, per posteriorem partem pelvis ducitur. Cujusmodi saepe duae, vel tres.

Ψ Vena similis, quae hic conjuncta cum hypogastricarum ramis.

Ω:Ω Venae hypogastricae.

A:A Venarum hypogastricarum rami per posteriorem partem pelvis ducti, conjunctique inter se, & cum vena Ψ.

B:B Rami venarum hypogastricarum, qui per intervalla, quae sunt inter os sacrum & ossa coxarum, penetrant ad nates.

C:C Venarum hypogastricarum rami per priora vesicae ducti: ubi diversimode divisi, rursusque conjuncti. Circa penis radicem confluunt in venam unam D. Vide g g k figurae I. tabulae XII.

E Vena, quae ab iliaca aliquantum infra hypogastricam orta, ducitur in priorem partem vesicae, conjungiturque cum vena C. Vide i figurae I. tabulae XII.

F:F Venarum hypogastricarum rami l:m figurae I. tabulae XII. Qui circa radicem penis confluunt cum vena D: ex quo fit

G Vena per dorsum penis ducta. Vide n figurae I. tabulae XII.

H:H Venarum iliacarum rami, qui per priora psoarum & iliacorum internorum ducuntur.

I:I Radices venarum epigastricarum, z:z figurae XII. tabulae XXVII.

K:K Radices venarum saphaenarum.

L:L Venae crurales, quae ramos per femora spargunt: quorum varietas in duobus femoribus indicata.

M:M Rami ad iliacos internos.

N:N Ad tensores vaginarum femorum.

O:O, O, O Ad crurales.

P, P, P, P:P, P Ad vastos externos.

Q, Q Ad vastum internum.

R:R Ad adductores breves femorum.

S, S, S:S, S

S, S, S : S, S Ad adductores magnos femorum.

T, T : T, T Hi rami dividuntur in duos, unius arteriae comites, quam mediam continent.

V Venae popliteae ramus N tabulae XXIV. n°. II. Qui in superiore parte cruris inter tibiam & fibulam in priora penetrans, ducitur deinde secundum membranam cruris ossibus interjectam, posteaque secundum tibiam, ultraque eam per dorsi pedis extremi profunda. W Ramus ejus in plantam penetrans.

X Venae mododictae V varietas. Haec mox dividitur in duas, unius arteriae comites, quam mediam continent. Deinde quoque ramis suis discrepat à vena V, in crure, pedeque extremo.

3 Arteria pulmonaris.

4 Arteria aorta.

5 Cordis arteria coronaria dextra. Vide R figurae I. tabulae XVI. Ramos comites adjungit ramis venae a coronariae minoris.

Venarum b, b comites sunt rami arteriae coronariae sinistrae.

6 Radix communis, quae dein dividitur in duas: quarum altera radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae; altera carotis sinistra.

7 Arteria subclavia sinistra.

8 Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.

9 : 9 Arteriae carotides. Comites venarum k : k jugularium internarum.

10 10 Arteriae carotidis externae ramus, qui comes primum venae m, cum ea pone biventrem maxillae & stylohyoïdeum, perque malam ducitur: ac deinde comes venae q, cum ea dividitur in duas, ad labia, perque ea, ductas.

11 Ramus arteriae carotidis externae. A quo 12 ramus ad loca sub maxilla: cujus ramus venae r comes. Alius 13 13, qui pone biventrem & stylohyoïdeum, comes deinde venae v, cum ea ante auriculam sursum ducitur, ultraque eam sub cute. Alius 14, qui est b tabulae XXIV. n°. II. Alius 15, qui retrorsum sub trachelomastoïdeo, splenio capitis, cucullari ducitur, ac deinde per cucullarem, ubi is à cranio oritur, penetrat, perque occiput sursum ducitur, c tabulae XXIV. n°. II.

Ab arteria 13 emittitur ramus, qui una cum illo ramo venae r, à quo venae w, w emittuntur, sursum ducitur pone maxillam, porroque sub temporali in periosteo per latus calvariae, ramis suis comes venarum w : w.

16 Est arteria 12 tabulae XXVI. n°. II. Ramis suis comes venae f ramorum.

17 : 17 Radices arteriarum mammariarum, m : m figurae XII. tabulae XXVII. Comites radicum i : i venarum mammariarum.

Venae z comes arteria, quae continuatur tabula XXIV. n°. II. k. An ejusdem arteriae rami in sinistro latere comites ramorum venae jugularis internae retrorsum per humerum ductorum?

Venae β comes arteriae subclaviae ramus, qui, ut videtur, pertinet ad scapulae lunulam, quae est ad radicem processus coracoïdei.

18 Arteria ad pectoralem & deltoïdem pertinens. Ramum comitem adjungit venae γ ramo.

Venae γ sinistrae comes arteria, quae cum ea inter serratum anticum & magnum demittitur.

Venarum ſ : ſ comites arteriarum axillarium rami, qui cum iis inter latissimos dorsi & serratos magnos demittuntur, alteroque ramo ad latissimi internam partem, altero ad serrati externam pertinent.

19:19 Arteriae axillares, quae deinde brachiales vocantur. Comites venarum θϰ:θϰ.

Venarum λ, λ comites arteriae ad bicipitem brachii.

Venarum μ:ν arteriae comites, ramorumque earum.

20:20 Arteriae 19:19 tabulae XXVI. n°. II. Comites venarum ο:ο.

21:21 Arteriae radiales. Comites venarum radialium ȣ:ȣ.

Venarum π, π comites arteriae radialis rami ad ſublimem, & ſupinatorem longum.

Venarum ρ: σ comites arteriarum radialium rami. Qui ſub abductoribus longis pollicum manuum & extenſoribus minoribus ducuntur ad dorſum manuum: ubi inter principia abductorum indicum & eorundem interoſſeorum priorum penetrant ad volas; per quarum deinde profunda ramos ſpargunt.

22:22 Rami arteriarum illarum, quae comites ſunt venarum ρ:σ: quos ramos arteriae illae emittunt, poſtquam inter principia abductorum indicum & eorundem interoſſeorum priorum penetraverunt. Comites venarum ς, ς. Sed in manu dextra etiam ramum pollici dat, ut comes vena ς.

23:23 Arteriae ulnares, comites venarum ulnarium τ:υ. In dextro brachio exhibita arteria ulnaris radiali in manu continuata arcus ſpecie, ut venae, ϐ: ex quo arcu rami quoque cum venis ad digitos pollicemque pertinent.

24 24 25 Arteria aorta. 25 Hic per diaphragma penetrat.

26 26:26 Arteriae diaphragmaticae, quae ramos ramis venarum diaphragmaticarum χ:χ comites adjungunt.

27 Radix arteriae coeliacae.

28 Radix arteriae meſentericae ſuperioris.

29:29 Arteriae emulgentes. Comites venarum emulgentium Δ:Δ.

30:30 Arteriae ſpermaticae. Apparent rami, per quos conjunctae cum venis Ξ:Ξ ſpermaticis, quibus comites adjunguntur. Exhibita quoque alia in ſiniſtro latere arteriae cum vena comite conjunctio. Vide W, X figurae I, & R, S figurae III. tabulae XII.

31 Radix arteriae meſentericae inferioris.

32:32 Arteriae iliacae, comites venarum iliacarum Σ:Σ.

33:33 Arteriae hypogaſtricae, quae venarum hypogaſtricarum Ω:Ω comites.

34 Radix arteriae umbilici ſiniſtrae. Eadem in dextro latere.

Dein arteriae hypogaſtricae emittunt ramos, qui comites venarum B:B, cum iis per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, penetrant ad nates.

35:35 Arteriarum hypogaſtricarum rami, qui per priorem partem veſicae cum venis C:C ducuntur.

36:36 Arteriarum hypogaſtricarum rami, qui per penis dorſum ducuntur. Vide u:u figurae I. tabulae XII. Comites venae G.

Venarum H:H comites arteriarum iliacarum rami, qui per priora pſoarum & iliacorum internorum ducuntur.

37:37 Radices arteriarum epigaſtricarum. Vide α:α figurae XII. tabulae XXVII. Comites radicum venarum epigaſtricarum I:I.

38:38 Arteriae crurales, quae cum venis cruralibus L:L, quas comitantur, ramos per femora ſpargunt, ramorum earum M, N:M, N, caeterorumque, comites.

39 Arteriae popliteae ramus N tabulae XXIV. n°. II. Qui in ſuperiore parte cruris inter tibiam & fibulam in priora penetrans, ducitur deinde ſecundum

dum membranam cruris ossibus interjectam, posteaque secundum tibiam, ultraque eam per dorsi pedis extremi profunda. Comes venae V. Emittit ramum, qui venae W comes, ad plantam penetrat.

40 Arteriae popliteae ramus idem mododictus 39. Cujus varietas hic indicata: ab illo enim, qui in dextro crure exhibitus, discrepat ramis suis in crure, pedeque extremo. Comes venae X.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXVI. Nº 1.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXVI. N.º II.

Digitized by Google



TAB. XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXVI.

No. I. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Masseter.
c Maxilla inferior.
d Osseus auris introitus.
e Splenius capitis.
f Videri possit aut splenii pars interior, aut trachelomastoïdeus esse.
g:g Videntur esse levatores scapularum. h:h An eorundem partes interiores?
i Rudis adeo haec figura, ut, an quidem aliquid significet, non facile videatur suspicari.
k:k Processus transversi vertebrae colli septimae à capite.
l:l Processus transversi vertebrae sextae à capite.
m,m,m Processus transversi vertebrarum colli à capite quintae, quartae, tertiae.
n Videtur esse rudis indicatio recti interni majoris capitis.
o Pharyngis rudis videtur indicatio esse.
p Cartilaginis thyreoïdeae rudis indicatio.
q:q Cricothyreoïdei.
r Glandula thyreoïdea.
s Aspera arteria.
t:t Claviculae, truncatae.
u Subscapularis.
v:v Teretes majores.
w:w Deltoïdei.
x:x Coracobrachiales.
y Tricipitis brachii pars, quae longus appellatur.
z Tricipitis brachii pars, quae brachialis externus appellatur.
A Tricipitis brachii partes, quarum alteri longi, alteri brachialis externi nomen est, non distincta altera ab altera.
B:B Bicipites brachiorum, truncati & modice reflexi.
C:C Brachiales interni.
D:D Pronatorum teretum capita, truncata & reflexa.
E:E Radialium internorum capita, truncata & reflexa.
F:F Sublimium capita, truncata & reflexa.
G:G Videntur partes esse profundorum.
H:H Supinatores longi, truncati.
I:I Radiales externi.
K:K Radii.
L:L Ulnae.
M:M Profundi, truncati & inversi.
NO:NO Pronatores quadrati. N Principium truncatum. O Extremum truncatum.
P:P Supinatorum longorum extrema, truncata.
Q:Q Nisi pollicum manuum abductores longi ipsi sunt, loci sunt eorum.
R:R Truncati tendines flexorum longorum pollicum manuum.

S:S Truncati tendines profundorum.
T:T Truncati tendines sublimium.
V:V Ligamenta interiora, armillas referentia.
W:W Flexores breves pollicum manuum.
X:X Tendines flexorum longorum pollicum manuum.
Y, Y, Y, Y:Y, Y, Y, Y Tendines sublimium.
Z:Z Adductores ossium metacarpi digitorum auricularium.
α:α Abductores digitorum auricularium. Est certe locus eorum.
β:β Latissimi dorsi.
γ:γ Thoracis exterioris partis rudis indicatio.
δ ε ζ &c. Thoracis interiora.
δ, δ, &c. Intercostales interiores.
ε, ε, &c. Costae.
ζ, ζ, &c. Intercostales exteriores. Qui etiam in dextro latere inter oras posticas intercostalium interiorum & spinam. Vide tabulam XXXVIII.
η Ligamentum intercedens inter corpora vertebrarum dorsi duodecimae & undecimae.
θ Corpus vertebrae dorsi duodecimae. Aliquot praeterea vertebrae dorsi cum ligamentis imperfecte indicatae.
ι, ι, &c. Vertebrae lumborum quinque.
κ Ligamentum intercedens inter corpora lumborum vertebrarum inferiorum duarum.
λ Ligamentum intercedens inter corpus vertebrae imae lumborum & summae ossis sacri.
μ:μ Transversi abdominis.
ν:ν Cristae ilium.
ξ:ξ Glutei minores.
ο:ο Iliaci interni.
π:π Psoae magni. Dexter truncatus.
ρ:ρ Ossa pubis.
σ Synchondrosis ossium pubis.
ς:ς Videntur esse truncata capita gracilium simul & eorum, quos adductores femorum longos & breves appellamus.
ϛ:ϛϛ Obturatores externi.
ττ:ττ Pectinei, truncati.
υ:υ Adductores femorum breves, truncati.
φ:φ Adductores femorum longi, truncati.
χ:χ Adductores magni femorum.
ψ:ψ Vasti interni.
ω:ω Crurales.
Γ:Γ Vasti externi.
Δ:Δ Rectorum crurum tendines extremi, truncati & deorsum flexi.
Θ:Θ Peronei longi.
Λ:Λ Peronei breves.
Ξ Fibula.
Π:Π Tibiae.
Σ:Σ Gemelli.
Φ Plantaris.
Ψ:Ψ Solei.
Ω Tendo achillis.

Digitized by Google

1 Flexor longus digitorum pedis.
2 Flexor longus pollicis pedis.
3 Tibialis posticus.
4 Abductor pollicis pedis.

N°. II. VENAE ET ARTERIAE.

Haec quoque tabula venas & arterias interiores, paucasque exteriorum exhibet, ut per thoracem & abdomen, ac secundum musculos, ossa, partesque alias ductae sunt. Praecipue autem profundiores exhibet, quam proximae superioris tabulae. Varietates quoque quarundam tabulae illius.

Ex ipsa quoque icone, quibus venis comites adjunctae arteriae sint, apparet. Idemque peti ex arteriarum indice poterit, quem venarum indici subjiciam.

a Vena cava superior, statim infra originem azygae recisa.
b Radix venae r figurae III. tabulae XXVII. Comparatio docere videtur.
c:c Venae subclaviae.
d Radix venae f tabulae XXV. n°. II.
e Radix venae l figurae III. tabulae XXVII. Comparatio docere videtur.
f Radix venae n figurae III. tabulae XXVII: vel p figurae V. ibidem. Comparatio docere videtur.
g Radix venae mammariae dextrae, l figurae XII. tabulae XXVII. Similis in latere sinistro.
h:h Radices venarum jugularium internarum, k:k tabulae XXV. n°. II.
i Radix venae jugularis externae dextrae.
k,l Gemina radix venae vertebralis dextrae. Vide l, k figurae VII. tabulae XXVII.

Arteriae & venae vertebralis *dispensatio in origine ut plurimum varia occurrit.* Ossium examine.

m Truncus venae vertebralis dextrae, ortus ex conjunctione radicum k & l: quas praeterea, priusquam conjungantur, ramo intermedio conjunctas exhibet. Haec una cum comite arteria II penetrat in foramen processus transversi vertebrae sextae à capite.

Quamvis (arteriae & venae vertebralis *dispensatio*) *in origine ut plurimum varia occurrat, nihilominus fere semper a sexta vertebra incipere solet, nullo vase per foramen septimae trajecto.* Ossium examine.

n Venae vertebralis dextrae ramus, extra canalem processuum transversorum vertebrarum colli sursum ductus.
o Vena vertebralis sinistra, quae, nulla comitante arteria, penetrat in foramen, quod est in processu transverso vertebrae colli septimae à capite.
p p Vena vertebralis alia, quae una cum arteria comite penetrat in foramen, quod est in processu transverso vertebrae sextae à capite.

Nisi fortasse (quod interdum evenit) vena, antequam ejusmodi foramina ingrediatur, in duos scindatur ramos, tunc enim ipsorum major sextae vertebrae foramen penetrat, minor vero septimae, quam tamen aut nulla arteria comitatur, aut adeo obscura, ut ipsius nulla prorsus ratio sit habenda: hinc evenire reor, saepe foramina septimae vertebrae esse minora iis, quae in sexta cernuntur: fit etiam aliis modis ejusmodi vasorum dispensatio. Ossium examine.

q:q *Trunci humerariarum, & axillarium.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. D, & figurae II. d.

rrrſs An huc pertinent Euſtachii haec? *A magna venae cavae, quae in jugulo fit, diviſione primum jugularis interna*, (in ſimia) *contra quam in homine, externa longe minor producitur; deinde inſignis hujus diviſionis ramus biſariam, nimirum infra in axillarem* w; *ſupra in humerariam* rrr *ſcinditur; ab humeraria illico jugularis externa* ſ, *plerumque initio bifida* s, *ſimulque claviculae, foraminis inſtar, viam praebens, oritur, quod admonere libuit, non modo ut anatomiae ſectatores intelligerent, externam hanc jugularem nullum in homine cum humeraria, quae poſt illam propagatur, niſi ad naturae minime conſueta quis confugiat, commercium habere; verum etiam* &c. De vena communi profunda brachii, antigrammate i. Vide etiam ikl figurae v. tabulae xxvii.

Quanquam hoc in loco aperte de ſimiis agitur, tamen non potui quin monerem, quomodo cum his venis conveniat, ut expenderent earum rerum ſtudioſi, quid cauſſae eſſe potuerit, cur illud hic in figura hominis exhibuerit.

t t *Vena humeraria*, cephalica vulgo.

u:u *Humerariarum, parum ſupra cubitorum flexum in duos ramos diviſarum, rami interiores, qui cum axillarium ramis conjuncti, communes venas efformant.* Explicatione tabulae viii. figurae i. F, & figurae ii. *f.*

v *Venae communis ſuperficiariae radix.* Ibidem H. h.

w:w Venae *axillares*, quas baſilicas appellant.

x:x Radices venarum ſ:ſ tabulae xxv. n°. ii.

y Venae x ramus ſuperficiarius, qui conjungitur cum *axillaris externae* principio.

z,α *Venae axillaris* rami, z ad coracobrachialem, α ad bicipitem brachii.

β:β *Venae axillares externae*, de vena communi profunda brachii, antigrammate iv. Quae ſunt *venarum axillarium* rami ſuperficiarii.

γ Ramulus, quo vena *axillaris externa* conjuncta cum *axillari profunda.*

δ Alius ramus, quo vena *axillaris externa* conjuncta cum *axillaris profundae* ramo ι.

ε Venae *axillaris externae parum ſupra internum humeri tuberculum in duos ramos diviſae*, ramus exterior, qui *cum altero humerariae ramo* u *conjunctus communem ſuperficiariam* v *conſtituit.* Explicatione tabulae viii. figurae i. K, & figurae ii. k.

ζ Duae venae, quae ſunt loco *axillaris profundae.* Fere in medio humero conjunguntur inter ſe, poſt rurſus diviſae, in cubiti demum principio conjunctae in unam.

η Vena *axillaris profunda.* Explicatione tabulae viii. figurae i. L, & figurae ii. l. Circa mediam hic humeri longitudinem oritur: poſt, ſupra cubitum, dividitur in ramos duos, rurſus deinde in cubiti principio conjunctos in unum. Confer explicationem tabulae viii. figurae ii. m.

Nimis ſane oſcitanter profundum axillaris venae ramum deſcripſit, qui circa medium humeri, atque etiam interdum parum infra, vel ſupra medium ejusdem, fere ſemper in duas propagines ſcinditur, quae arteriam hinc inde complexae ſub cubiti articulum, non longe tamen ab eo invicem ſemel, & interdum etiam iterum, & cum tertio quodam humerariae ramo v, *ab eo* u, *qui ſub cute communem venam conſtituit, enato, uniuntur, paululumque progreſſae rurſus in tres propagines dirimuntur, quarum una σ Veſalio incognita biſariam ſciſſa, altera parte σ amplum ligamentum radio ulnaeque commune perreptat; altera τ eodem ligamento perforato, in exteriorem ulnae ſedem*

Digitized by Google

sedem distribuitur (μ tabulae XXIV. n°. II.): *aliae vero duae π, ϱ, non secus quam arteria diremptae, ad extremam usque manum una cum ea progrediuntur* (ϰ: τ tabulae XXV. n°. II.). De vena communi profunda brachii, antigrammate I.

θ, θ : θ Rami ad bicipites brachiorum.

ι *Venae axillaris profundae* ramus, qui circa condylum posteriorem humeri ab altera venarum, in quas vena illa profunda dividitur, ortus, acceptaque vena δ à vena *axillari externa*, ad cubitum ducitur, ubi cum vena *profunda communi* conjungitur. Ab hoc ramo *surculi principiis musculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo, tributi:* explicatione tabulae VIII. figurae I. N, & figurae II. n. Nempe $\varkappa$ ramus ad pronatorem teretem, λ ad radialem internum & sublimem, μ ad profundum, qui esse videtur. Confer μ tabulae XXV. n°. II.

ν *Interioris rami humerariae, parum supra cubiti flexum in duos ramos divisae, propago, quae in flexu cubiti jungitur cum profunda axillari.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. G.

ξ Ramus *vel ab humeraria communem venam constituente, vel* ξ *ab ipsa communi* (nisi modo à ramo ε *axillaris externae*) *ortus, qui cum axillari profunda conjungitur.* Vide O figurae I. & o figurae II. tabulae VIII.

Humerariae venae ramum, qui cum penitiori axillari coit, inter eum musculum, qui ab interno humeri tuberculo enatus radium in pronum circumvertit, & inter alium, qui cubitum flectentium secundus ab eo numeratur, accuratius, quam hactenus fecerit, inquirat; in hac enim cubiti sede, illum humerariae venae ramum sine dubio inveniet; siquidem nunquam deest, etiamsi admodum varia sit superficiaria venarum circa cubiti articulum distributio. De vena communi profunda brachii, antigrammate III.

o : o *Venae communes profundae, quae videntur dividi in tres ramos, contra Vesalii opinionem.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. P. & figurae II. p. Factae ex *congressu axillarium profundarum* & *ramorum*, ν *vel ab humeraria communem venam constituente*, ξ *vel ab ipsa communi* (nisi modo à ramo ε *axillaris externae*) *ortorum.*

π : π Radices venarum radialium, ϰ : ϰ tabulae XXV. n°. II.

ϱ : ϱ Radices venarum ulnarium, τ : υ tabulae XXV. n°. II.

σ : ς *Medius ramus venae communis profundae, qui à Vesalio nec describitur, nec pingitur; inter musculos secundum, & tertium digitorum internodium flectentes, totam membranei ligamenti ulnae, & radii longitudinem perreptans, musculis ei incumbentibus surculos tribuit; & interdum* ς *geminus existens arteriam hinc inde comprehendit.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. S, & figurae II. s.

τ : τ *Propago à praedicto medio ramo venae communis profundae circa quartam ulnae partem orta; quae ligamentum membraneum ulnae, & radii perforans, ad posteriora transit, & in musculos ab ulna procedentes, aliosque eidem incumbentes distribuitur* (μ : μ tabulae XXIV. n°. II.): *haec propago, quae interdum gemina est, & arteriam mediam comprehendit, oscitanter à Vesalio praetermittitur.* Explicatione tabulae VIII. figurae I. T, & figurae II. t.

υ Venae ejusdem ς ramus ad dorsum cubiti penetrans; ubi continuatur tabula XXIV. n°. II. ν.

φ φ Vena azyga.

In homine haec vena recto tramite non incedit, sed super dextrum truncum arteriae asperae, dextrorsum quidem parum, retrorsum vero multum, versus

ſus ſpinam flectitur, & ubi vertebrarum radices attingit, incipit extolli, & ad medium earum progredi, quod pervenit circa octavam vel nonam thoracis vertebram, eoque loco eſt plane in medio, & ſub arteria condita deorſum ad finem uſque thoracis, prius tamen bifariam diviſa, proficiſcitur. De vena ſine pari, antigrammate XII.

Vena azygos, e regione octavae aut decimae thoracis vertebrae, in duos ramos, dextrum ſcilicet ac ſiniſtrum, ſcinditur; hi deorſum repunt, & ſeptum tranſverſum praetereunt, ſuarumque uterque propaginum vel una tantum, vel pluribus vario modo inſeritur, ſcilicet aut in poſteriorem ſedem cavae, juxta ortum emulgentis, aut in ipſam emulgentem, & praeſertim in ſiniſtram, (neque enim memini hoc idem me unquam in dextra obſervaſſe) retro, ſupra, infra; ea nimirum in parte, qua venam ſeminariam ipſa procreat. De renibus capite XVI.

χ Azygae ramus, qui mox dividitur in venas intercoſtales dextras duas, tertiam, & quartam.

ψ, ω, Γ, Δ, Θ, Λ, Ξ, Π Sequentes octo venae intercoſtales dextrae, quas azyga emittit: ψ quinta, ω ſexta, Γ ſeptima, Δ octava, Θ nona, Λ decima, Ξ undecima, Π duodecima.

Σ Azygae ramus, qui mox dividitur in venas intercoſtales ſiniſtras duas, Φ tertiam, & Ψ quartam.

Ω Azygae ramus, qui mox dividitur in venas intercoſtales ſiniſtras duas, A quintam, & B ſextam.

C C Azygae ramus, qui eſt vena intercoſtalis ſiniſtra ſeptima.

D D Azygae ramus, qui vena intercoſtalis ſiniſtra octava.

E E Azygae ramus, qui vena intercoſtalis ſiniſtra nona.

F Azygae, è regione octavae thoracis vertebrae in duos ramos diviſae, ramus ſiniſter. Qui dividitur in venas intercoſtales ſiniſtras, G decimam, H undecimam, &, ut videtur, I duodecimam.

Intercoſtales rami venae ſine pari, quum primum ab hac originem traxerunt, una cum arteriis inter membranam ſuccingentem, & muſculos intercoſtales exteriores primo feruntur; quandoquidem interiores ad radices coſtarum non pertingunt; deinde paululum progreſſi ab utroque horum muſculorum genere medii comprehenduntur. De vena ſine pari, antigrammate XVIII. Quod in latere dextro exhibet: nam in ſiniſtro detracti muſculi intercoſtales interni.

K Vena, qua conjunctae intercoſtalium ſiniſtrarum undecima & duodecima.

Venae intercoſtales *in itinere multis in locis, praecipue autem circa poſteriorem dorſi partem, ſimul commiſcentur.* De vena ſine pari, antigrammate XVIII.

L, L, L, L Venae intercoſtales *perforatis muſculis, qui in ea parte ſunt, inter eos digeruntur, atque etiam ſub cute adipem perreptant, quod ſilentio praetereundum vel ob eam cauſam non erat, quia muſculi poſteriori dorſi ſedi incumbentes, ab iis ramis extra erumpentibus alimentum plerumque ſumunt.* De vena ſine pari, antigrammate XVIII.

M: M *Venae* ſine pari *poſtremi rami plerumque cum primis lumborum venis, e regione ſecundae ipſorum vertebrae pullulantibus, commiſcentur, atque junguntur.* De vena ſine pari, antigrammate XVII.

N Vena cava inferior, mox ſupra originem emulgentium reciſa.

O: O Radices venarum emulgentium.

P Radix venae ſpermaticae dextrae.

Digitized by Google

Q:Q Venae iliacae.

R, R, R, R, R : R, R, R, R, R Venae lumbales, ab utroque latere quinque. In ſiniſtro latere tertia & quarta conjunctae inter ſe.

Primae lumborum venae, e regione ſecundae ipſorum vertebrae pullulant. De vena ſine pari, antigrammate XVII.

S : S, S, S Venarum lumbalium rami per transverſos abdominis penetrantes.

T, T : T, T Venae, quibus venae lumbales conjunctae inter ſe: tertiae cum quartis, quartae cum quintis.

V, V, V, V : V, V, V, V Venarum lumbalium rami ad poſteriora penetrantes.

W : W Venae hypogaſtricae, quarum ſatis apparent rami per pelvis poſteriorem partem ducti, conjunctique inter ſe. Confer A A tabulae XXV. n°. 11.

X : X Rami venarum hypogaſtricarum, per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, penetrantes ad nates.

Y Y Venae hypogaſtricae ſiniſtrae ramus, qui per magnum foramen oſſis coxae, & per ſinum quidem, qui in ejus ora ſuperiore eſt, penetrat ad femoris interiora: ubi inprimis ramos ſpargit inter pectineum adductoremque femoris brevem ac longum gracilemque à parte priore, atque obturatorem externum adductoremque magnum à poſteriore.

Z Z Vena eadem, quae Y Y in parte ſiniſtra: hic autem non ab hypogaſtrica, ſed ab iliaca oritur.

Æ : Æ Venarum cruralium rami, qui conjunguntur cum venis Y & Z.

æ æ : æ æ Venarum Y & Z rami, qui circum capita adductorum brevium femorum longorumque ac gracilium flectuntur, perque priora gracilium ſurſum ducuntur in pubem.

ϐ, ϐ : ϐ Hi rami ſimplices in dextro femore, in ſiniſtro autem ſinguli diviſi in duos, unius tamen arteriae comites, quam mediam continent. Ramos dant adductoribus magnis femorum.

ʃ : ʃ Radices venarum epigaſtricarum, z : z figurae XII. tabulae XXVII.

δ : δ Radices venarum ſaphenarum.

ϑ : ϑ Venae crurales.

Caeterum plerique rami, quos venae hypogaſtricae, iliacae, & crurales emittunt, hic truncati, tabula XXV. exhibiti ſunt, ex eaque intelligentur.

© Venae V tabulae XXV. n°. 11. varietas. Mox haec dividitur in ramos duos, unius comites arteriae, quam mediam continent.

ȣ Venae X tabulae XXV. n°. 11. varietas: non diviſa in duas, arteriam mediam continentes. Ramorum, qui in ſuperiore parte hujus ſiniſtri cruris exhibiti, craſſiores, rami ſunt ejuſdem hujus venae, quae hoc poſitu pedis conſpici ibi nequit.

1 2 3 Aorta, ſtatim ſupra cor reciſa. 2 Angulus aortae.

4 Arteria, quae mox dividitur in intercoſtales dextras duas, tertiam, & quartam, comites venarum χ.

5 Radix communis, quae dein dividitur in radicem communem arteriae ſubclaviae dextrae ac carotidis dextrae, carotidemque ſiniſtram.

6 Radix arteriae ſubclaviae ſiniſtrae.

7 Radix communis arteriae carotidis dextrae & ſubclaviae dextrae.

8 : 8 Radices arteriarum carotidum.

9 : 9 Arteriae ſubclaviae.

10 : 10 Arteriarum ſubclaviarum rami, qui emittunt ramos 11 : 11, & 12 : 12.

11 : 11 Vertebrales: qui comites venarum m & p, penetrant in foramina proceſſuum transverſorum vertebrae ſextae à capite.

Digitized by Google

12:12 Qui reſpondent venae f tabulae xxv. n°. 11. Ramus 13 cum ramis venae f tabulae xxv. n°. 11. ducitur per priora glandulae thyreoïdeae. Emittunt quoque ramos, qui pone glandulam thyreoïdeam ducuntur.

14:14 Arteriarum mammariarum radices. Comites radicum venarum mammariarum g.

15:15 Rami qui β tabulae xxv. n°. 11. pertinent ad ſcapularum lunulas, quae ſunt ad radices proceſſuum coracoïdeorum.

16:16 Arteriae brachiales, comites venarum *axillarium.*

Venae z comes arteria ad coracobrachialem.

Venarum α, θ, θ:θ comites arteriae ad bicipites brachiorum.

Venae ι comes ramus brachialis arteriae: & ejusdem quoque venae ramis ramos adjungit ad pronatorem teretem, radialem internum, ſublimem, profundum, qui videtur.

17 Radix arteriae radialis. Comes venae π.

18:18 Radices arteriarum ulnarium. Comites venarum ϱ:ϱ.

19:19 Arteriae profundae cubitorum. Comites venarum σ:ς. Siniſtra media inter duos ramos, in quos vena diviſa.

Venarum τ:τ comites arteriarum profundarum cubitorum rami, qui cum iis per ligamenta, quae inter ulnas radiosque media, penetrant ad exteriorem partem cubitorum: ubi continuantur tabula xxiv. n°. 11. μ:μ.

Venae υ comes arteriae profundae cubiti ramus ad dorſum cubiti penetrans: ubi continuatur tabula xxiv. n°. 11. ν.

20 Arteria intercoſtalis dextra quinta: quae deinde comes venae ψ. Sexta 21: quae deinde comes venae ω. Septima 22: quae deinde comes venae Γ. Octava 23: quae deinde comes venae Δ. Venae Θ comes nona. Venae Λ comes decima. Undecima 24: quae deinde comes venae Ξ. Venae Π duodecima comes.

Venarum intercoſtalium ſiniſtrarum Φ, Ψ, A, B, C, D, E, G, H, I comites reſpondentes arteriae, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octava, nona, decima, undecima, duodecima.

Venarum quoque L, L, L, &c. arteriarum intercoſtalium rami comites.

25 Radices arteriarum diaphragmaticarum. Vide 26:26 tabulae xxv. n°. 11.

26 Radix arteriae coeliacae. Vide t figurae 11. tabulae xxvii, & n figurae iv. ibidem.

27 Radix arteriae meſentericae ſuperioris. Vide A figurae 11. tabulae xxvii, & u figurae iv. ibidem.

28 Radix arteriae emulgentis ſiniſtrae.

29 Radices arteriarum ſpermaticarum. Vide 30:30 tabulae xxv. n°. 11.

30 Radix arteriae meſentericae inferioris. Vide B figurae 11. tabulae xxvii, & v figurae iv. ibidem.

Venarum lumbalium R, R, &c. comites arteriae lumbales.

Venarum V, V, &c. comites arteriarum lumbalium rami ad poſteriora penetrantes.

Venarum S, S, &c. comites arteriarum lumbalium rami per transverſos abdominis penetrantes.

31:31 Arteriae iliacae, comites venarum iliacarum Q:Q.

32 Arteria ſecundum priora vertebrarum lumborum & oſſis ſacri ducta: quam inveni orientem à poſteriore parte aortae, mox ſupra diviſionem ejus in iliacas.

33:33 Arteriae hypogaſtricae, comites venarum hypogaſtricarum W:W.

34:34

Digitized by Google

34:34 Radices arteriarum umbilici.

Indicatae radices arteriarum 35:35 tabulae xxv. n°. 11: quibus ob anguſtiam locorum notae non inſcriptae. Cognoſcentur ex tabula xxv.

Venarum X:X comites rami arteriarum hypogaſtricarum, per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, penetrantes in nates.

Venae YY comes arteriae hypogaſtricae ſiniſtrae ramus, qui cum ea per magnum foramen oſſis coxae, & per ſinum quidem, qui in ejus ora ſuperiore eſt, penetrat ad femoris interiora: ubi inprimis ramos ſpargit inter pectineum adductoremque femoris brevem ac longum gracilemque à parte priore, atque obturatorem externum adductoremque magnum à poſteriore.

Venae ZZ comes arteria reſpondens illi, quae in parte ſiniſtra comes venae YY. Hic autem non ab hypogaſtrica, ſed ab epigaſtricae radice emittitur.

Venarum Æ:Æ comites arteriarum cruralium rami.

Venarum ææ.ææ comites arteriarum rami, qui cum iis circum capita adductorum brevium femorum longorumque ac gracilium flectuntur, perque priora gracilium ſurſum ducuntur in pubem.

Venarum ϐϐ:ϐ comites arteriae. Singulae eas venae comitantur in dextro femore: in ſiniſtro autem geminae, medias continentes. Arteriarum quoque rami comitantur ramos venarum ad adductores magnos femorum.

35:35 Arteriae crurales, comites venarum cruralium ϑ:ϑ.


36:36 Radices arteriarum epigaſtricarum.

37 Arteria, quae 39 tabulae xxv. n°. 11, hic venae ⊛ ramorum duorum comes, à quibus media continetur.

38 Arteria, quae 40 tabulae xxv. n°. 11, hic unius venae ȣ comes. Hujus arteriae rami ſunt rami illi exiliores, qui craſſiorum comites in ſuperiore parte hujus ſiniſtri cruris exhibiti ſunt.

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XXVII.

Digitized by Google

.100 B



TAB. XXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXVII.

FIGURA PRIMA.

Vasa jecoris, & ciſtae fellis.

Morgagnus de figura I. II. & IV. ſolerter animadvertit hoc: *cum Euſtachius vellet univerſam venam portae ſociis ubique ſtipatam arteriis ſive coeliacis, ſive meſentericis ab anteriore facie demonſtrare; in* I. *venae illius ramos, & radicum fines, in* II. *&* IV. *ramorum initium, & radices; in omnibus interjectum ramis, ac radicibus truncum propoſuiſſe.* Atque illud *ex inſpectione figurae illius* I. *ac proximarum* II. *&* IV. *apertiſſime colligi.* Epiſtola anatomica I. §. LXVIII.

aa Vena cava inferior, tum ſupra, tum infra jecur truncata.

b, b, c, c, c, c Venae hepaticae: b, b majores, & c, c, c, c minores. Contrario modo in jecur perque illud ducuntur, ac vena portarum, hepaticaque arteria, ac canalis.

d Radix venae lienalis.

Vide annotationem ad e.

e Radix venae meſentericae.

Amanuenſium Lancisii culpa ingens error in figurae I. *explicationem irrepſit, cum* majores venae portae rami ſubſtantiam hepatis penetrantes *ad* 13. 12. *indicati ſunt. Atqui illos non eſſe ramos* ſubſtantiam hepatis penetrantes, *ſed radices in truncum portae confluentes, ſi ex anatome non conſtaret, ſatis ſuperque intelligi poſſet ex ambobus trunci illius extremis in triplici propoſito iconismo* (figura I. II. IV.) *inſpectis, atque collatis.* Morgagnus epiſtola anatomica I. §. LXVIII.

f Vena portarum.

g, h, i Truncus venae portarum in ſinu jecoris diviſus in ramos tres. Sic quoque in figura II. & IV. a, a, a: quarum haec prima continuatio eſt.

Homini truncus venae portarum in ſinu jecoris primum dilatatur aliquantum, haud ſecus, ac ſolent venae, ubi ramos majores emittunt; inprimiſque ubi in eos totae dividuntur: ut videre eſt in cava inferiore, ubi in iliacas dividitur; & in ſuperiore, ubi in ſubclavias. Inde mox truncus in ramos dividitur duos. Quorum alter, iſque dexter, per ſinum jecoris ducitur dextrorſum, nec longe ab ortu ſuo jecori immergitur. Alter, atque is ſiniſter; multo longior, per eundem jecoris ſinum primum ducitur in partem ſiniſtram, continueque ſub iſthmo jecoris (T figurae IV. tabulae XI.) arcus, infra patuli, forma; ab eoque continue mox ad ligamentum rotundum in adultiore, quod fuerat quam venam umbilici vulgo appellant, pertinet. Ac ramos illos duos unius ſinus venae portarum nomine appellarunt anatomici poſteriores, atque ita & deſcripſerunt, & iconibus aliqui eorum expreſſerunt, tanquam ſi truncus venae in ſinu jecoris in unum oblongum tranſverſumque ſinum migret, eumque & à dextra parte trunci dextrorſum, & à ſiniſtra ſiniſtrorſum, per ſinum jecoris pertinentem. Cujus haec cauſſa fuiſſe potuit, quod jecore exemto conſiderarunt. Etenim truncata vena portarum retrahitur jecur verſus: ex quo talis, qualem tradiderunt, ſinus ſpecies exiſtit. At ſi eadem à jecore rurſus ali-

Digitized by Google

quantum retrahitur; maximeque si simul aut sanguine turget, aut flatu; in ramos duos dividi potius, quam in sinum migrare, animadvertitur. Itaque intelligi potest, quî factum sit, ut neque in hac prima figura, neque in secunda & quarta, sinum venae proposuerit; sed truncum, ut ex conjunctis ramis, splenico scilicet & mesenterico, natum, sic in ramos divisum. Exhibet autem divisum in ramos tres, i, h, g. Et sic quoque in figura II. & IV. a, a, a.

i De quorum primo, respondere eum ramo dextro, apparet; quem per sinum jecoris dextrorsum duci scripsi; esseque partem dextram sinus venae portarum appellati; nec longe ab ortu suo jecori immergi.

h u t Alterum respondere invenio venae portarum ramo ad ligamentum rotundum pertinenti: qui pars est sinistra, eaque major, sinus ejus vulgo appellati.

Eum in aliquot jecoribus, quae data opera examinavi, à trunco venae portarum sensim inveni aliquanto contractiorem: inde rursus sensim aliquanto ampliorem: post aliquanto ampliorem totum. Flectitur circum eminentiam inferiorem sinus jecoris, in quo est: & ubi flectitur, ibi angustior. Respondet hoc ramo h u t. Non possum tamen non fateri, crassiorem esse, quam ubi u inscripsi; atque adeo etiam, quam inde ad t. Sic autem alias quoque in mensuris fuit minus diligens: & in hac ipsa icone ramus splenicus tenuior est, quam in II. & IV.; quae tamen hujus continuatio sunt.

Ramos quoque emittentem inveni, qui respondeant iis, quos ille, cui h inscripsi; quibusque x, y, z, w, v, v, v. De quo infra plenius.

Atque is ni esset, ejusmodi nullus in icone inveniretur: ille, qui tam insignis in jecore, manifestusque. Nam, qui solus superest, sinister, cui g inscripsi, ita, ut videbimus, non respondet.

Respondet quoque truncato ad postremum t, ubi ex isthmo jecoris emergens, aut, quibus isthmus major, sub eo, continuatur ligamento rotundo. Aliquanto longior esse videtur infra ramum infimum eorum, ad quos v apposui. In hominibus autem junioribus, quorum corpora adhibuisse ostendi in praefatione, ad eum modum invenerit.

Si in figura IV. tabulae XI. circini crus alterum infigere summae ibi velis venae portarum N, ubi in sinum jecoris pertinet; alterumque mox infra isthmum jecoris T, ubi ligamentum rotundum X ad eum pertinet: sique deinde transferre hanc mensuram in figuram, de qua agitur, primam hujus tabulae XXVII, sic ut alterum circini crus infigas ramo truncato infra t; videbis crus alterum pertinere ad venam portarum, ubi in sinu jecoris dividitur: ut longitudo haec respondeat. In figura autem IV. tabulae XI. jecoris positus est alius, nec caeterorum mensura huic primae tabulae XXVII. respondet. Posset tamen fortasse, quod de respondente mensura, ea in vicinitate partium jecori inhaerentium, attuli, argumento, praeter anatomen, esse, aut saltem indicio. Ramus autem venae portarum, qui ad ligamentum rotundum pertinet, pervius manet, usque quo sub isthmo jecoris, hic si, ut in figura IV. tabulae XI. angustior sit, emergens, continuatur ligamento rotundo, quod embryoni vena fuerat umbilici.

Expendam, ut soleo, quae prolata sunt ab aliis. Lancisius *venam hic esse umbilicalem ad ostium jecoris dissectam*, II. 14. Negavit Bianchus: de quo post videbimus, ad v, v, v. Morgagnus in *epistola anatomica* I. §. LXXII. *Lancisium in vena umbilicali designanda attendisse locum*, cui t inscripsi, *ejusque canalis crassitudinem venae umbilicali convenientem*. Lancisius

cisius *venam umbilicalem cum ramis venae portae facto semicirculo inosculari* tradit, locumque, ubi hoc fiat, designat numeris his, 8. 12; qui locum illum, cui u inscripsi, designant: eoque ramum venae portarum à vena umbilici disterminare ibi loci videtur, venamque umbilicalem appellare, ei certe accensere, quod à t pertinet ad u. In quo & confirmari potuerit, eo quod rami, ad quos v, v, v apposui, contra obversi sunt, ac rami venae portarum rami primi, ad quos x, y, z: de quibus dicetur suo loco. Eamque *ad ostium jecoris dissectam* esse tradit; *ostium* fortasse appellans locum, ubi jecori ipsi immergitur, id est, ubi sinum ejus subit.

Ubi u inscripsi, id Bianchus, contra Lancisium scribens, *sinistram sinus* venae *portae productionem* esse affirmat, *historiae hepaticae animadversione ad figuram* III. *tabulae* suae VIII. pagina CIↃXCIX. Ad quod Morgagnus *epistola anatomica* I. §. LXXII, *non sinus*, inquit, *venae portae ea videtur esse productio, quae cum eo sinu non communicet, sed cum ulteriore demum ramo, non solum ex sinu jam profecto, sed in alios etiam ramos diviso. Quid! quod non modo sinûs, sed ne productio quidem esse videtur istius rami venae portae, cum & multis partibus crassior sit curvo illo ramusculo* u, *per quem a latere cum ramo illo continuatur, & suos ipse ramos contra obversos habeat, ac rami illius productio haberet.* Et paulo post: *quaerere, si viveret, Lancisium posse,* " cui unquam vere anato-,, mico contigerit perspicere ", *sinum venae portae, posteaquam in majorem ramum, deinde in ramusculum contractus est. mox repente in ampliorem, & tam longum ramum expandi, cujus praeterea surculi contra atque oporteret, non secundum motum sanguinis a sinu venientis, sed contra eundem conversi sint.* Quam Bianchus *productionem sinus* vocat, ubi nimirum u inscripsi; ea, si comparo, parti respondet rami venae portarum ad ligamentum rotundum pertinentis, id est, sinistrae sinus, ut appellant, venae portarum: quod supra in principio dictum est. De ramis dicetur ad x, y, z, w, v, v, v.

Num forte, inquit Morgagnus *epistola* illa *anatomica* I. §. LXXII, *major aliquis ex iis ramis quos aliquando Falloppius* (in *observationibus* anatomicis) --- *hinc communicare vidit cum intima sinistri hepatis lobi substantia, inde vero aut* " sub pancreo cum quibusdam aliis venis ab eodem portarum ,, trunco extra hepar obortis ,, *aut* ,, in liene ,, *cum hujus* ,, ipsius substantia ,,. *Non hoc dico; neque enim delineatio haec cum Falloppii descriptione satis convenit, quamvis ad id rerum genus quadantenus videri possit accedere.*

g Si autem ramus h u t sinistra sit sinus venae portarum pars, ad ligamentum rotundum pertinens; non inveniretur in jecore, qui respondeat ramo tertio g, in sinistram jecoris partem in icone ducto. Neque in jecore humano tres inveniuntur, sed tantummodo duo. Nuper tamen, quum denuo edendus hic liber esset, perquirens, incidi in puerulum, cui duobus illis, quibus i & h inscripsi, respondentes erant; praetereaque, qui respondere posset tertio g. Dextro inde à trunco venae per longitudinem inciso, ostium tertii alicujus g facile animadverti, ab eoque sinistrorsum in jecur pertinentem.

Ramus ille in icone sinister g principio suo incurvo videri posset respondere sinistrae sinus venae parti: ramis non ita respondet. Neque eundem illum ramum g ad ligamentum rotundum, venamve, si quis velit, umbilici, pertinere, ullo in icone indicio cernas: quum tamen pertineat sinus

Digitized by Google

venae portarum pars finiſtra; atque ita quidem pertineat, deſinatque tota, ut ea parte extrema terminare in icone non potuiſſet, niſi aut ligamentum rotundum, cui continuatur, venamve umbilici, ſimul exhibuiſſet, aut ab iis reſectum ſinum; ut ramus alter h u t refert, infra t. Utcunque fuerit, certe malim culpam in me conferre, qui propoſitum ſatis non aſſequar; quam erroris inſimulare Euſtachium inſignioris in re notabili, manifeſtaque.

x, y, z, v, v, v Ramis reſpondent, quos à ramo venae portarum ad ligamentum rotundum pertinente duci in jecur inveni. Quorum qui reſpondent iis, ad quos x, y, z; eos contra quoque obverſos inveni iis, qui reſpondent illis, ad quos appoſui v, v, v. Caeterum animadverti in iis diſſimilitudines multas. Commodo meo, & quo minus diſtraherem, vitiaremque, incidi per longitudinem truncum venae portarum, ramumque ejus tum dextrum tum ſiniſtrum, qui ad ligamentum rotundum pertinet; diduxique eos, quo oſtia ramorum, qui emittuntur, cernerem: inſerui deinde in ea ſtylum, atque etiam per longitudinem incidi ab oſtio ſuo ramos, ut, in quam partem jecoris, & quomodo ducantur, cognoſcerem.

v, v, v In jecoribus aliquot adultorum ramus venae portarum, qui ad ligamentum rotundum pertinet, ramos juxta illud emiſit inſignes tres, deorſum in jecur ductos; à dextra parte duos, à ſiniſtra unum. Circa hunc locum plures, iique exiliores: plures praeſertim in embryonibus, infantibusque. Quorum alii ſic obverſi, ut ad quos v, v, v appoſui: alii in latus ducebantur: alii oblique deorſum; alii rectius. Accuratius perſequi nihil attinet.

w A ramo venae portarum ad ligamentum rotundum pertinente ramus inſignis emittitur, ut hic, ſupra in latere ſiniſtro; inque ſiniſteriorem jecoris partem ſurſum ducitur oblique ſiniſtrorſum. Potuerit hoc poſitu jecoris, quem vaſa ejus referunt, ita ſurſum ductum, anteque venam cavam, ex reddendi ratione exhibere.

In eam ſinus jecoris partem, cui K in figura IV. tabulae XI. inſcripſi, pertinet. Et, ſi quid menſurae tribuere velimus, certe in quarta tabulae XI. quantum ſinus K diſtat ab imo ibi iſthmo T, tantum in hac prima tabulae XXVII. imus truncatus (infra t) ramus venae portarum diſtat à radice rami hujus, cui w inſcripſi. Praetereaque, quantum in IV. tabulae XI. à ſummo ibi venae portarum trunco N diſtat ſinus K; tantum in hac prima tabulae XXVII. medius truncus venae portarum, ubi ramos hepaticos emittit, diſtat à radice ejuſdem hujus rami, cui w inſcripſi.

Finis tamen non eſt, qui caeterarum hac in icone venarum: non ſic acutus. Atque in hoc ſcrupulus reſidet: de quo mox dicetur.

Circa hunc locum, fere autem ultra eum, id eſt, in icone altiorem, ramum invenio intus per jecur ſurſum ductum, ibi ubi extrinſecus ſinus jecoris, II figurae IV. tabulae XI, per quem in embryone canalis, quem vocant venoſum, ducitur, poſteaque ligamentum, in quod verſus. Inveni autem mododicto multo exiliorem, ut ex duobus his ille craſſitudine reſpondeat magis.

Eſſetne autem canalis ille venoſus? *Procul dubio* eſſe Bianchus arbitratur, *hiſtoriae hepaticae animadverſione ad figuram tertiam tabulae* ſuae VIII. pagina CIƆXCIX. Contra quidem valere, quod Morgagnus *epiſtola anatomica* I. §. LXXIII. notavit, canalem illum *ex ſinu oriri venae portae*, nequit; ſi quidem hoc, unde oritur in icone ramus w, ad ſinum, quem vulgo appellant, pertineat, ſitque illius ipſius pars maxima: de quo vide

Digitized by Google

vide annotationem ad h u t. Addo autem, canalem venosum ultra ramum, cui w inscripsi, emitti invenire me solitum, ex altiore arcus illius in icone loco.

Situs canalis venosi difficultatem non adeo creat. Nam, si anatomicorum in iconibus, si in ipso jecore, *totus a sinistro latere trunci venae cavae; non ad hujus anteriorem faciem positus est;* id fit ex positu jecoris alio. A sinistra enim venae cavae parte sine dubio positus est, quum jecur gibbo suo jacet in tabula, ita, ut exhibet figura IV. tabulae XI, ubi canalis venosus poneretur secundum sinum jecoris, cui II inscripsi; atque adeo à sinistra parte venae cavae FH. At positu jecoris integro, sicuti in ventre est, à priori parte si quis consideret, (à qua parte Eustachium vasa ejus hic expressisse dubium non est) fortasse haud ita difficulter cognoscat, quomodo ad canalem venosum ad anteriora venae cavae exprimendum adduci potuisset.

Cui tamen interpretationi, qua pro canali venoso habeatur, *illud satis* non *esset*, *quod in ullos alios surculos ramus idem* w *toto itinere non dividatur*, *quando Eustachius a dextris cysticae venae dexterae alterum vel longiorem pinxit ramum venae portae qui nullos surculos de se emittit:* quod Morgagnus praeterea addit.

Verum, *si anatomen consulamus*, inquit eodem in loco Morgagnus, *finis ejusmodi*, quem icon exhibet, non *solet esse tubuli venosi:* &, *in cavam desinit ex hepate jam emergentem;* magnoque certe intervallo ab eo loco desinit, ubi videretur exhibere. Ni arbitrari velimus fore, ut hic quoque confiteatur, quod in tractatus de vena sine pari antigrammate XIII. de alba illa equorum vena, *obscurissimum finem*, *sibique adhuc non bene perceptum*, *obtinere*. Verumtamen, an quidem animadvertere nequivisset tam manifestum, tam facile inventu? praesertim quum pars, quam exhibuerit, facile perduxisset ad finem.

Et tamen honorem Eustachio inventi canalis venosi libenti animo tribuerem, non ante Arantium modo, cui vulgo tribuunt; sed etiam, qui ante eum, atque etiam plenius, descripsit, ediditque, Vesalium. Scripsit Arantius in libro de *humano foetu*, capite XIV, haec: *observatione insuper digna videtur conjunctio altera*, *quae in jecore fit*, *portae scilicet cum cava*, *quae fetui tantum*, *dum in utero continetur*, *usum praebet. Fit autem duorum ramorum*, *qui satis insignes sunt: altero ex porta*, *è directo explantationis venae umbilicalis exoriente: altero ex cava*, *in jecoris substantia continuatio: ut si specillum in umbilicalem immiseris*, *inde in portae truncum*, *dein*, *dictae continuationis ratione*, *recta in cavam pervenies.* Vesalius autem in examine anatomicarum Falloppii observationum, quod Vesalii operibus hic anno CIↃIↃCCXXV. editis cum Boerhavio adjeci, *quum*, inquit ibi pagina IↃCCXCVIII, *diligentius foetum secui*, *&* *integram umbilici venae seriem studui cognoscere*, *hanc in jecoris substantia consistentem*, *vidi totam indivisam in elatiorem caudicis venae portae sedem inseri. Mox ex venae portae caudicis posteriori regione*, *observavi propaginem in cavae venae caudicem distribui*, *illicque anteriori cavae venae sedi inseri*, *ubi ipsa maximos suos ramos jecori offert*, *hive in illam pertinent. Haec propago*, *qua portae vena cavae jungitur*, *magis fere quam dimidio gracilior est*, *ipsa umbilici venae insertione*, *aut umbilici venae amplitudine.* Arantii librum primum editum fuisse invenio anno CIↃIↃLXXI. Vesalii examen anno jam CIↃIↃLXIV. editum: quod scripserat anno CIↃIↃLXI, ut ex die, quem in

Ss fine

Digitized by Google

fine notavit, apparet. Euſtachii tabulae, ſi quid iis, quae Morgagnus in epiſtola ad Lanciſium ſolerter perſequitur, tribuamus, *anno* CIↃIↃCLII. *fuerunt inciſae:* neque apparet, poſt adjunxiſſe.

An vero in ligamentum jam verſum, id eſt, ejus reliquias exhibuiſſe ſuſpicabimur? Et ligamentum illud ab eodem loco oritur, à quo, canalis quum eſt; ad eundemque pertinet. Membranis autem in ſinu jecoris inhaeret: inque adultis haud raro inveni iis in membranis veluti extenuati, ad poſtremumque aliquantum dilatati, & quaſi evaneſcentis, ſpeciem quandam referre. Ad quod qui attenderit, ei videri poſſet, hanc ob cauſſam & brevius, & in fine nonnihil dilatatum, ac veluti extenuatum exhibuiſſe. In ipſo autem fine, ubi venae cavae videri cuipiam poſſet inſeruiſſe, lineolae illae, quae continuatae ſunt illis, quibus cavae umbra effiĉta, delineationem aut rudiorem, aut imperfeĉtiorem quandam, ſignificare poſſint; quum appareat tanquam ſi ante lineolas illas poſitae ſint lineae hunc ramum ab utraque parte terminantes; interque has lineas venae cavae umbra continuata conſpiciatur.

Quod Martinius (quem auditorem habuiſſe, jucundum eſt recordari) in eruditis commentariis ſuis affert, in icone cylindri forma eſſe, non, ut venae, coni; id momentum habere non videtur: quippe quum in ea à principio forma ſit coni, & in eadem venae hepaticae ſiniſtrae ſuperioris ramo illi, qui venae cavae propior, eique tam longo, forma data quoque ſit cylindracea; eademque hujus ipſius venae portarum rami h ramo, cui y inſcripſi.

Neque movere quicquam poteſt hoc, quod, ſi ligamentum illud non eſſet, ejus ne indicium quidem exhibuerit; quum tamen foraminis ovalis, V in figura III. & D in VI. tabulae XVI; & canalis arterioſi, c in ſexta tabulae XV, adjecerit reliquias; & in tabula XXVI. 34: 34. n°. II. radices arteriarum umbilici in ligamenta verſarum. Movere nequit, quoniam ſic etiam alia ad propoſitum ſuum non pertinentia praetermiſit, aut praeteriit: quorum in praefatione exempla attuli.

Neque craſſitudinis ratio ullo modo reſpondet. Ligamentum enim illud, contra, atque in icone ramus w, longe eſt exilius ramo, unde oritur.

v, v, v, w Ejusmodi autem ramos, quibus hi reſpondeant, venaene emittit portarum ramus, an ad eum pertinens vena umbilici? Hic conſtare de termino debet, qui inter venas illas duas ſtatuatur: nam continuatae ſunt. Lanciſius, ut ſupra diĉtum eſt annotatione ad h u t, terminum in icone ponere videtur ibi, ubi u inſcripſi; ut, quicquid à t ad u pertinet, venae accenſeat umbilici. Quo poſito, certe ramos vena umbilici emittit, ea ex parte, quae pervia maneat adultis. Neque valet, quod Bianchus contra Lanciſium in *hiſtoriae hepaticae explicatione figurae* III. *tabulae* ſuae VIII. pagina CIↃC. profert: *cui unquam vere anatomico contigiſſet perſpicere, umbilicalem venam ſuo per hepar itinere in ramos faceſſere.* Ad quod Morgagnus, *hoc*, inquit in *epiſtola anatomica* I. §. LXXII, *Lanciſius vel quibusdam crediderit ſcriptoribus, vel potius in tanta rerum copia ſatis fortaſſe non attenderit.* Ramos autem vena umbilici emittit nullos, ſi terminus ejus ponitur infra locum, unde rami primi emittuntur: quousque nimirum, ligato fune umbilici, in ligamentum rotundum vertitur, deleturque, aliis etiam cum proximis ramis, nullius amplius uſus. Hunc terminum Bianchum ponere, ex hoc, quod loco mododiĉto ſubjicit, colligimus; *certe unico ſolum, ac ſolitario duĉtu in portae ſinum exonerari.* Ponit

nit quoque Morgagnus: qui in *epistola anatomica* I. §. LXXII. *canalem*, cui t inscripsi, *non videri esse venam umbilicalem* tradit, *cum ejus attendimus ramos, quos certe in ea vena adhuc conspicere non potuerit.* Et manifestum est ex ejusdem epistolae §. LXXV. Ubi, *solitum se esse invenire, sinum venae portae, cum a dextero jecinoris lobo ad sinistrum se extendens, contra interjectam utrique lobo fissuram pervenit, se ipsum, aut potius quendam quasi ramum ex ima sui parte deorsum mittere, qui obviam scandentem umbilicalem venam mox infimo suo extremo sic excipiat, ut non facillimum saepe sit utriusque fines statuere, praesertim cum venae summa pars (quod nonnunquam observaverit) non prorsus adhuc in adultis occlusa est. Ex ejusmodi igitur ramo, in quem ipsa umbilicalis vena recta producitur, & quidem prope hujus venae finem, cum alios minores ramos ab anteriore, seu superiore facie oriri, tum duos praecipuos ab lateribus recedere, singulos ab singulis; ut haud raro, extrinsecus inspiciendo, non absimilem effici figuram viderit ac si vena umbilicalis in fine trifida esset, quemadmodum ab Eustachio in eo iconismo* (figura II. tabulae X.) *videatur repraesentari. Etsi vero ramum illum sinus, duobus ramis interjectum, prae his invenire solitus sit crassiorem, quam Eustachius delineavit; ab singulis autem lateribus non singulos semper praecipuos ramos, sed binos interdum compererit; saepe vero non sursum, sed deorsum potius oblique ductos invenerit; nunquam tamen haec quaesivisse (quaesivisse autem in adultorum jecinoribus saltem decem) quin si extrinsecus spectaret, illa se se sibi species offerret venae umbilicalis quae in summo hinc, & hinc ramos emitteret; si vero intrinsecus scrutaretur, sinus caveam deprehenderet se se manifesto demittentem in occursum illius venae, iisque ramis initium praebentem.* Et mox subjicit, eos, *qui diducta jecoris fissura, hujusque isthmo, ne ulla ex parte obstet, dissecto, umbilicalem venam ad suum usque finem persequentes, qui rami denique hinc, & hinc in summae fissurae latera, eamve viciniam immittantur, inquirant; mox autem trunco venae portae, & continuato sinu a sinistris aperto, sectionem ad venam usque umbilicalem deducant, eorum quos dixerit, ramorum oscula perquirentes:* eos, *si in istiusmodi perquisitionibus fuerint diligenter versati, cum facile secum conjecturos quid Eustachius per trifidum illud vas significare voluerit, tum percepturos, cur ejusdem vasis truncum Lancisius venam umbilicalem appellarit.* Fundemque terminum ponunt vulgo. Pono libenter: certe in iis; quibus vena umbilici in ligamentum rotundum jam versa, deletaque; ac sanguis ex trunco venae portarum in ramum ad ligamentum usque, inque ramos, quos ramus ille emittit, quantumvis contra obversos, sine dubio agitur. Itaque prout ponere libuerit, vena umbilici aut ramos emittet ad jecur pertinentes, aut non emittet, sed ramus venae portarum: eritque in nomine differentia, non in re.

Hic praetermittere non debeo, Senacum, virum amplissimum, postquam explicationem meam primum emiseram, in tractatione de corde libri III. capitis III. §. IX. scripsisse, "Eustachium vasa hepatica embryonis adjunxisse hepaticis adulti, quod visum sit aenigma esse": quam sententiam datis ad me litteris significaverat. Sane quidem morem Eustachii his in tabulis ejusmodi non invenimus. Immo vero foramen ovale, quod embryoni non minus praecipuum est, quum potuisset commode, atque etiam commodius, in figura tertia & sexta tabulae XVI. non addidit; sed nil nisi reliquias ejus, V, puto, in III, D in VI: neque ico-

Digitized by Google

nem foraminis illius ullam dedit. Quid adulti, quid embryonis esset, quamvis conjicere possimus, non additum. Additum si esset, possem fortasse dubitandi rationes proponere: &, ni fallor, invenirentur in iis, quae supra attuli. Neque, puto, sic tolluntur difficultates, quas icon creaverat.

Post Bertinus, vir clarissimus, in historiae academiae regiae scientiarum volumine anni CIↃIↃCCLVII. pagina CCCXXV. aliquid attulit. Ipsa verba dabo. *Ce qui rend cette figure aussi défectueuse qu'elle l'est en effet, c'est que vrai-semblablement Eustachi ne l'a pas fait dessiner d'après le foetus; il a transporté sur le foie d'un adulte, ou d'un enfant qui avoit respiré, une image que l'examen du foie du foetus lui avoit fait naître, mais que le temps avoit affoiblie, & même défigurée: de sorte que, s'il étoit permis de soupçonner que cet anatomiste eût fait dessiner d'après son imagination ou sa mémoire quelques-unes de ses figures, je penserois que la première de la planche* XXVII *seroit de ce nombre; car quoiqu' en dise M. Albinus, de telles fautes ne sont point de la nature de celles que l'on peut attribuer à des dessinateurs.* Quaerere hic possemus, satisne haec Eustachii, hominis minime vulgaris, referant ingenium. Qui praeterea, cujusmodi studium adhibuerit, scripsit in praefatione opusculorum; id quod ipsae tam aperte declarant tabulae.. Atque icon, praeter extremum rami, cui w inscripsi, non minus clare expressa est, quam ulla alia. Sane hoc unum notaveram, in extremo canalis illius esse quod *delineationis aut ruditatem, aut imperfectionem quandam* significare possit; caussamque, cur possit, attuleram: cujusmodi quid delineatores, scalptoresve, admittere posse videntur. Acturum se aliquando de hac icone promittit; eoque sperare licet fore, ut rationes sententiae suae prolaturus sit, quibus adducamur ad consentiendum.

Caeterum, iconis hujus hanc partem, ad quam h g t u v v v w apposui, dubitanter interpretatus sum. Sic Morgagnus prudenter, *si*, inquit in *epistola anatomica* I. §. LXXIV, *trium istorum ramorum* (t, h, w) *interpretationem aggredi debuissem --- utrinque rationes fuissem propositurus, cur vena umbilicalis, productio sinus venae portae, tubulus venosus tum esse, tum non esse videri possent: iisque propositis, rem in medio relicturus, ut siqui vel alia vestigare, & credere mallent, vel haec quidem, sed ita uti Eustachius aut humani aliquid passus esset, aut ex quam rarissimo exemplari, aut ex non humano rem descripsisset, aut ejus pictores, scalptoresque non satis fideliter expressissent, haec per me omnibus sive meliora statuendi, sive divinandi facultas libera esset.* Integra quoque per me cuique sit judicandi potestas. Argumentationes autem meas alias, quas primum edito hoc opere protuli, conjecturasque, nunc deletas volo.

k Venae portarum ramus ad cistam fellis pertinens.

l Arteria hepatica, truncata: quae v figurae II, & p figurae IV. In duos ramos dividitur, qui comites plerorumque venae portarum ramorum, cum iis per jecur, cistamque fellis, ducuntur.

Lancisii numeri hi 12. 11, quibus *duos arteriarum ramusculos ex caeliaca in jecur distributos* designat, designant omnino (in meis saltem exemplaribus) hunc truncum arteriae hepaticae, & quidem illam ejus partem, ubi se in duos ramos divisurus est, ut dubitare vix possim, quin eos designare voluerit. De quo Morgagnus, *hoc*, inquit, *si voluisset; Eustachii mentem praeclare mihi videretur assecutus.* Epistola anatomica I. §. LXX.

Bianchus, *historiae hepaticae animadversione ad figuram* III. *tabulae* suae VIII. pagina CIↃXCIX, *cogitavit, per binos hos trunculos*, l & n, *arteriam, simul-*

Digitized by Google

ſimulque nerveum aliquem majorem ramum indicare diſtinctim voluiſſe. Cui *cuidam dubitationi* Morgagnus *occurrit* epiſtola anatomica I. §. LXX. LXXI.

m Arteriae hepaticae ramus ad ciſtam fellis pertinens. Comes rami k venae portarum.

n Canalis choledochus, truncatus.

Vide annotationem alteram ad l.

o Canalis cyſticus, truncatus.

p Canalis hepaticus.

q, r, s Tres rami, in quos canalis hepaticus dividitur. Qui per jecur comites venae portarum ramorum trium g, h, i, ac plerorumque eorum, quos per jecur ſpargunt.

g, h, i, l, q, r, s Vide Morgagni epiſtolam anatomicam I. §. LXIX.

FIGURA SECUNDA.

Vena portarum extra jecur, una cum arteria coeliaca ac meſenterica utraque.

Recte Lanciſius, hanc ſecundam, & quartam, *ſub aſpectu ponere complexum arteriae caeliacae & venae portae:* adde autem, etiam arteriae meſentericae utriusque. Recte quoque, duos *ramos majores venae portae infra jecur, ramis arteriae caeliacae aſſociatos:* adde autem, etiam utriusque meſentericae. Et recte quoque, has figuras *diſcrepare, quod figura* II. *majori vaſorum numero ditetur, quam* IV. Apparet autem, quod hoc non *ſolum*, ſed aliis etiam rebus notabiliter diſcrepent.

a, a, a Radices ramorum, quibus vena portarum ad jecur pertinet, g, h, i figurae I.

b Venae portarum truncus.

c Venae portarum ramus, qui conjungitur cum vena l coronaria ventriculi.

dd Vena meſenterica.

e Vena gaſtroëpiploïca dextra. A qua primum rami ad duodenum, & pancreas. Dein, à ſuperiore parte ad ventriculum: alii ad partem ejus priorem, ut f, &c: alii ad poſteriorem, ut g, g, ut videtur. Ab inferiore parte ad omentum, ut h, &c. Aliisque ramis i, i conjungitur cum meſentericis.

Vide annotationem ad r.

kk Vena lienalis.

l Venae lienalis ramus, qui eſt coronaria ventriculi.

m Vena meſocolica, oriens à lienali.

n Venae lienalis in ramos diviſio, ad lienem potiſſimum pertinentes.

o, o, &c. Rami ad ventriculum.

p Vena gaſtroëpiploïca ſiniſtra. A qua rami à ſuperiori parte ad ventriculum, alii pertinentes ad partem ejus priorem, ut r, r: alii ad poſteriorem, ut q, q. Ab inferiore, s, s, &c. ad omentum: qui hic truncati. Caeterum conjungitur cum gaſtroëpiploïca dextra.

Quoniam rami f, r, r decuſſant ramos g, g, q, q, & qua decuſſant, à priori eorum parte poſiti ſunt, puto his, f, r, r, exhiberi eos, qui à vaſis gaſtroepiploïcis ad priorem ventriculi partem pertinent; illis autem, g, g, q, q, illos, qui ad partem poſteriorem.

t Arteria coeliaca, ab aorta reſciſſa.

u Coeliacae dexter ramus. A quo rami duo v, w.

Digitized by Google

v Arteria hepatica, l figurae I.

w Arteria gastroëpiploïca dextra. Comes venae e gastroëpiploïcae dextrae, ramorumque ejus.

x Arteria lienalis, coeliacae ramus sinister. Comes venae lienalis k k.

y Arteria coronaria ventriculi. Comes venae l coronariae, ramorumque ejus.

Arteria lienalis in ramos juxta lienem dividitur, ad lienem potissimum pertinentes, ut vena lienalis n, ramorum ejus comites. A quibus etiam rami ad ventriculum, venarum o, o, &c. comites.

z Arteria gastroëpiploïca sinistra, comes venae p gastroëpiploïcae sinistrae, ramorumque ejus. Et conjungitur quoque cum arteria gastroëpiploïca dextra.

A A Arteria mesenterica superior, ab aorta rescissa. Comes venae d d mesentericae, ramorumque ejus, praeterquam gastroëpiploïcae dextrae, & ramo, qui est juxta d inferiorem.

B Arteria mesenterica inferior, ab aorta rescissa. Comes venae mesocolicae m, ramorumque ejus.

C Conjunctio ramorum venae mesocolicae & arteriae mesentericae inferioris cum ramis venae mesentericae & arteriae mesentericae superioris.

D, D, D, E, E, E, E, E Reliquae conjunctiones venarum arteriarumque, D, D, D in mesenterio, & E, E, E, E, E mesocolo. Ex quo annulorum quaedam species oritur. A quibus ad postremum, qua intestina spectant, rami emittuntur ad intestina pertinentes: quorum hic F, F, &c. radices exhibitae.

Caeterum venae & arteriae ad ventriculum pertinentes, l c y o o o o o p z q r q r e w f g g, ita positae sunt, ut una cum ramis suis referant figuram ventriculi. Sic & venae mesentericae & mesocolicae, cum arteriis mesentericis, ramisque, qui à vena gastroëpiploïca dextra, comiteque ejus arteria adjunguntur mesentericis, ut referant mesenterium cum mesocolo, per quae ducuntur. Confer figuram primam tabulae x, & secundam tabulae xI.

FIGURA TERTIA.

a A corde & aure dextra rescissa vena cava utraque.

b Vena cava inferior, mox infra venas hepaticas duas superiores recisa.

c Vena cava superior.

d : e Venae subclaviae.

f Radix venae f tabulae xxv. n°. II.

g : g Radices venarum mammariarum. Vide l, l figurae xII.

h : h Radices venarum jugularium internarum.

i : i Radices venarum jugularium externarum.

k : k Radices venarum *axillarium.*

l m n o p *A sinistro ramo magnae divisionis venae cavae in jugulo, e regione propemodum jugularis internae, duo surculi pullulant, in ejus lateris membranam, quae thoracem dirimit, percurrentes, quorum alter* l *venis septi transversi* m, *ei sursum occurrentibus, conjungitur; alter vero* n *sinistrum hujusce musculi nervum concomitatus, hac quidem sua portione* o *in carneam ejus substantiam inseritur; illa vero* p *cum venis ejusdem coit, & cum priori surculo, ac etiam cum propaginibus venae sterni, easdem membranas adeuntibus, variis modis commiscetur.* De vena sine pari, antigrammate vIII.

q Vena ad sinistram partem mediastini & pericardii pertinens.

Ad hanc, & ad ramulum, ad quem r apposui, pertineat hoc: *vena cava*

Digitized by Google

cava ad jugulum ascendens surculos, araneae modo praetenues, ad membranas thoracem intersepientes mittit. De vena sine pari antigrammate VIII.

r Vena ad dextram partem mediastini & pericardii pertinens, ramisque suis conjuncta cum ramis s, t venae diaphragmaticae dextrae, sibi *sursum occurrentibus.*

u Vena diaphragmatica dextra, truncata.

A venis septi, & praecipue in dextro latere u, *ramuli venarum* s, t *non solum ad cordis involucrum pertinent, sed etiam ad membranas thoracem dividentes sursum feruntur, qui pluribus in locis cum propaginibus venae sterni, per easdem disseminatis, junguntur.* De vena sine pari, antigrammate VIII.

v Vena diaphragmatica sinistra, truncata.

w, w Radices venarum hepaticarum superiorum, b, b figurae I. Comparationem docere puto.

FIGURA QUARTA.

Respondet secundae, exhibetque eandem venam portarum extra jecur, una etiam cum arteria coeliaca, ac mesenterica utraque. Earum autem varietates exhibet.

Vide annotationem ad principium figurae II.

a, a, a Radices ramorum, quibus vena portarum ad jecur pertinet, g, h, i figurae I.

b Venae portarum truncus.

c c Vena mesenterica.

d d Vena gastroëpiploïca dextra. Ramorum ejus, qui ad omentum pertinent, indicatae tantummodo radices. Sic & plerorumque, qui ad ventriculum. Confer e figurae II. Conjungitur quoque e cum ramis mesentericae.

f Vena mesocolica, à mesenterica oriens. Confer m figurae II.

g g Vena lienalis.

h Vena coronaria ventriculi. Confer l figurae II.

i Venae lienalis in ramos divisio, ad lienem potissimum pertinentes.

k, &c. Rami ad ventriculum. Quorum aliqui conjuncti l, l cum ramis venae h coronariae. Confer o, o, o figurae II.

m Vena gastroëpiploïca sinistra. Solae radices ramorum, qui ad omentum pertinent, indicatae. Ramorum, qui ad ventriculum, alii expressi, aliorum tantummodo radices. Nec conjungitur cum vena gastroëpiploïca dextra. Confer p figurae II.

n Arteria coeliaca, ab aorta resciss.

o Coeliacae ramus dexter. A quo rami duo, p & q.

p Arteria hepatica, l figurae I.

q Arteria gastroëpiploïca dextra. Comes venae d d gastroëpiploïcae dextrae, ramorumque ejus.

r r Arteria lienalis, coeliacae ramus sinister. Comes venae lienalis g g. Rami quoque, quos emittit, comites venae lienalis ramorum, i ad lienem, k, k ad ventriculum, &c.: sed qui venarum illarum l, l conjunguntur cum ramis coronariae ventriculi, eis nulli comites.

s Arteria coronaria ventriculi. Comes venae h coronariae, ramorumque ejus Confer y figurae II.

Digitized by Google

t Arteria gastroëpiploïca sinistra. Comes venae m gastroëpiploïcae sinistrae, ramorumque ejus. Neque conjungitur cum arteria gastroëpiploïca dextra. Confer z figurae II.

uu Arteria mesenterica superior, ab aorta rescissa. Comes venae c c mesentericae, ramorumque ejus, praeterquam gastroëpiploïcae dextrae.

v Arteria mesenterica inferior, ab aorta rescissa. Comes venae f mesocolicae, ramorumque ejus.

w, w, w Conjunctiones ramorum venae mesocolicae cum ramis venae mesentericae: itemque arteriae mesentericae inferioris cum ramis superioris. Confer C figurae II.

Quomodo caeterae conjunctiones venarum arteriarumque in mesenterio & mesocolo differant ab iisdem figurae secundae, comparando eas inter se intelligi satis potest. Et in totum comparatio earum satis docet, quantum ductu ramisque venarum & arteriarum differant inter se. Et de caetero hac in figura, aeque atque in secunda, sic positae sunt, ut figuram referant ventriculi, & mesenterii cum mesocolo.

FIGURA QUINTA.

Hujus pars inferior respondet figurae II. tabulae IV.

a *Vena cava* superior, *juxta cor recisa.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Γ. Γ. Γ.

b Radix venae r figurae III.

c:c Venae suclaviae.

d An radix venae q figurae III?

e Radix venae f tabulae XXV. n°. II.

f:f Radices venarum mammariarum, l:l figurae XII.

g:g Radices venarum jugularium internarum.

h:h Venae jugulares externae. Sinistra radicibus oritur duabus, altera i exiliore à subclavia juxta jugularem internam: altera k insigniore, ab *humeraria.* Confer r s f tabulae XXVI. n°. II. Apparent rami earum per collum ducti, eorumque conjunctio.

l Radix venae *humerariae.*

m:m Radices venarum *axillarium.*

n, o:n, o Radices venarum intercostalium ab utraque parte superiorum duarum, t, u:t, u figurae XII.

pqr *Vena* p *à sinistro cavae trunco in jugulo, sub ortu venae sterni* f *enata, in duos ramos statim divisa; quorum major* q *sub arteria brachii sinistri, ad tertiam thoracis vertebram reflexus; juxta radices costarum, usque ad nonam singulis surculos offerens, perreptat; quo ubi pervenit, cum ramis venae sine pari, octavum* α, *&* *nonum* β *earum intervallum nutrientibus conjungitur. Minor ramus* r *cum sinistro septi transversi nervo incedens, in ejus lateris membranam thoracem dividentem, & in eam, quae pericardium appellatur, propagines distribuit: tribusque bifidis surculis in carnosam, eandemque superiorem partem septi inseritur.* Explicatione figurae II. tabulae IV.

Haec eadem vena q (nempe *quae azygae munere in sinistro latere fungitur*) *ubi a trunco sinistro cavae, juxta aliam* r, *quae sinistrum septi transversi nervum concomitata in ipsum inseritur, & pericardio, ac membranis tho-*

thoracem dividentibus surculos spargit, aut sub ortu jugularis internae, aut non longe ab eo principium sumit p, *deorsum procedens super anteriorem arteriae sedem, quae axillam petit, ad posteriora versus tertiam aut quartam thoracis vertebram contorquetur, indeque juxta radices costarum sui lateris emergens, si magna fuerit, venae sine pari conjunctionem renuit, & usque ad undecimam sola incedens octo intervalla costarum, quae sunt inter duo prima, & duo ultima, nutrit: si vero ita magna non est, ut hoc per se praestare queat, sed alterius auxilio egeat, ad septimum vel octavum, atque adeo nonum spondylum descendit, ibique uni, aut duobus* α, ϐ *venae sine pari ramis ei occurrentibus conjuncta desinit, tuncque, sicuti etiam paulo ante dixi, consueto illa munere utrimque fungitur.* De vena sine pari, antigrammate XIII.

s *Vena sine pari.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Δ. Δ. Δ.

t *Venae sine pari divisio circa decimam thoracis vertebram.* Ibidem Θ Θ.

u *Dexter*, & v *sinister ramus venae sine pari.* Dexter *cum prima vena sui lateris, in lumbo sub emulgente orta conjungitur: sinister conjungitur cum alio, ab emulgente orto, priusquam producat venam seminariam.* Ibidem Σ:Φ.

Vena azygos, e regione octavae (Figurae VI. p.) *aut decimae* t *thoracis vertebrae, in duos ramos, dextrum* u *scilicet ac sinistrum* v, *scinditur; hi deorsum repunt & septum transversum praetereunt, suarumque uterque propaginum vel una tantum, vel pluribus vario modo inseritur, scilicet aut in posteriorem sedem cavae, juxta ortum emulgentis, aut in ipsam emulgentem, & praesertim in sinistram (neque enim memini hoc idem me unquam in dextra observasse) retro, supra, infra; ea nimirum parte, qua venam seminariam ipsa procreat; aut etiam quandoque* w *in proximos venarum ramos, qui e regione summitatis secundae lumborum vertebrae ortum ducunt.* De renibus capite XVI.

Ejus venae (azygae) *postremi rami plerumque cum primis lumborum venis, e regione secundae ipsorum vertebrae pullulantibus, commiscentur, atque junguntur.* De vena sine pari, antigrammate XVII.

Quando, ut in priori syngrammate diximus, altera venae azygae officio in eodem latere sinistro fungitur, tunc vero haec (azyga) *in dextro plerumque juxta radices costarum procedens, medium vertebrarum de more non conscendit, nec propagines ad sinistra intervalla antea mittit, quam illa, quae in opposito latere vice ipsius est, huic juncta desinat, & terminetur: decipitur sane, qui secus ac diximus, fieri putat; quandoquidem ramuli a sinistro pariete venae sine pari pullulantes, ad spatia intercostalia non feruntur, sed in vicina corpora distributi consumuntur.* De vena sine pari, antigrammate XV.

w Radix *primae venae* dextri *lateris in lumbo sub emulgente ortae.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Σ:Φ.

x Radix *rami ab emulgente* sinistra *orti, priusquam producat venam seminariam.* Ibidem.

y *Truncus venae cavae, qua vocatae emulgentes ab ea oriuntur.* Ibidem Ξ. Ξ. Ξ.

z:z Radices venarum emulgentium.

α, ϐ *Rami venae sine pari, octavum* α, & *nonum* ϐ costarum sinistrarum *intervallum nutrientes.* Explicatione tabulae IV. figurae II.

β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ Radices venarum intercostalium dextrarum: β tertiae, γ quartae, δ quintae, ε sextae, ζ septimae, η octavae, θ nonae, ι decimae, κ undecimae, λ duodecimae.

Digitized by Google

μ, ν, ξ, ο, π, ϱ, σ, τ, υ, φ Radices venarum intercostalium sinistrarum: μ tertiae, ν quartae, &c.

A quibus autem venis intercostales tum sinistrae, tum dextrae, emittantur, ex icone ipsa apparet.

FIGURA SEXTA.

Hujus pars inferior respondet figurae III. tabulae IV.

a *Vena cava* superior *juxta cor recisa.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Γ. Γ. Γ.

b:b Venae subclaviae.

c Radix venae f tabulae XXV. n°. II.

d An radix venae q figurae III?

e Radix venae l figurae III. Ex comparatione videtur apparere.

ff:ff Venae jugulares internae.

g:g Venae jugulares externae. Apparent rami earum per collum ducti, eorumque conjunctiones, tum inter se, tum cum ramo jugularis internae sinistrae.

h:h Radices venarum *axillarium.*

i, k:i, k Radices venarum intercostalium ab utraque parte superiorum duarum, t, u:t, u figurae XII.

lmn *Vena* l *à sinistro cavae trunco in jugulo ortum ducens, in duos ramos scissa. Quorum alter* m *cum sinistro nervo septi transversi procedens, in hoc, & in membranam dividentem thoracem distribuitur. Alter ramus* n *sub arteriam brachii reflexus, è regione quintae vertebrae thoracis, cum eo ramo* s *venae azygae conjungitur, quem à sexto intervallo sursum reflecti diximus.* Explicatione tabulae IV. figurae III. b.

o *Vena sine pari.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Δ. Δ. Δ.

p *Venae sine pari divisio è regione octavae* thoracis vertebrae, *ut interdum à nobis observatum est.* Ibidem Λ.

q *Dexter, &* r *sinister ramus venae sine pari, qui cum prima vena sui lateris, in lumbo sub emulgente orta* π:ϱ *conjungitur.* Ibidem Σ:Φ.

Vena azygos, e regione octavae p *aut decimae* (figurae V. t.) *thoracis vertebrae, in duos ramos, dextrum* q *scilicet ac sinistrum* r, *scinditur; hi deorsum repunt & septum transversum praetereunt, suarumque uterque propaginum vel una tantum, vel pluribus vario modo inseritur, scilicet aut in posteriorem sedem cavae, juxta ortum emulgentis, aut in ipsam emulgentem, & praesertim in sinistram (neque enim memini hoc idem me unquam in dextra observasse) retro, supra, infra; ea nimirum parte, qua venam seminariam ipsa procreat; aut etiam quandoque in proximos venarum ramos* π:ϱ, *qui e regione summitatis secundae lumborum vertebrae ortum ducunt.* De renibus capite XVI.

Ejus venae (azygae) *postremi rami plerumque cum primis lumborum venis* π:ϱ, *e regione secundae ipsorum vertebrae pullulantibus, commiscentur, atque junguntur.* De vena sine pari, antigrammate XVII.

s *Ramus venae azygae, qui juxta radices costarum sursum reflexus,* t *tertium,* u *quartum,* v *quintum, &* w *sextum earum intervalla sinistri lateris nutrit.* Explicatione tabulae IV. figurae III. a.

Quan-

Quandoque etiam vena sine pari e regione sextae thoracis vertebrae ramum s *ad sinistram partem mittit, qui sursum elatus, ad quintam ejusdem cum alio* n, *à trunco sinistro juguli orto, conjungitur, indeque usque ad tertium intervallum alimentum praebens conscendit.* De vena sine pari, antigrammate XIII.

x, y, z, α, β, γ Reliquarum venarum intercostalium sinistrarum radices: x septimae, y octavae, z nonae, α decimae, β undecimae, γ duodecimae.

δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν Radices venarum intercostalium dextrarum: δ tertiae, ε quartae, &c.

ξ *Truncus venae cavae, qua vocatae emulgentes ab ea oriuntur.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Ξ. Ξ. Ξ.

o:o Radices venarum emulgentium.

π:ϱ Radices *primarum venarum sui lateris, in lumbo sub emulgentibus ortarum*: Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Σ:Φ.

FIGURA SEPTIMA.

a *Vena cava* superior *juxta cor recisa.* Explicatione tabulae IV. tribus primis figuris communi Γ. Γ. Γ.

b Radix venae r figurae III.

c:c Venae subclaviae.

d Radix venae f tabulae XXV. n°. II.

e:e Radices venarum mammariarum, l:l figurae XII.

f:f Radices venarum jugularium internarum.

g:g Radices venarum jugularium externarum.

h:h Radices venarum *axillarium.*

i Vena vertebralis dextra, quae radicibus duabus oritur, k altera ab *axillari* ultra jugularem externam: l altera à subclavia pone jugularem internam. Vide k, l tabulae XXVI. n°. II.

m Venae vertebralis dextrae ramus internus, qui per canalem processuum transversorum vertebrarum colli pertinet.

n Venae vertebralis dextrae ramus externus, n tabulae XXVI. n°. II.

o, p, q Conjunctiones rami interni externique venae vertebralis.

r, s Venae vertebralis sinistrae.

t Ramus internus venae vertebralis sinistrae, qui per canalem processuum transversorum colli pertinet.

u:u Radices venarum intercostalium ab utraque parte primarum, t:t figurae XII.

v Radix venae intercostalis sinistrae secundae, u figurae XII.

w Vena, *quae azygae munere in sinistro latere fungitur.*

Si ad ferendos anatomiae labores quispiam piger non sit, post nonnullas obitas sectiones, facile intelliget, in hominibus aliam venam w *non semel reperiri, quae azygae munere in sinistro latere fungatur, quaeque aut a ramo primae divisionis venae cavae in jugulo ortum ducat*, &c. De vena sine pari, antigrammate XIII.

Haec eadem vena, ubi a trunco sinistro cavae, juxta aliam, quae sinistrum septi transversi nervum concomitata in ipsum inseritur, & pericardio, ac membranis thoracem dividentibus surculos spargit, aut sub ortu jugularis internae, aut non longe ab eo principium sumit, deorsum procedens super ante-

Digitized by Google

teriorem arteriae sedem, quae axillam petit, ad posteriora versus tertiam aut quartam thoracis vertebram contorquetur, indeque juxta radices costarum sui lateris emergens, si magna fuerit w, *venae sine pari conjunctionem renuit, & usque ad undecimam sola incedens octo intervalla costarum, quae sunt inter duo prima, & duo ultima,* x, y, z, α, β, γ, δ, ε, *nutrit.* Ibidem.

x, y, z, α, β, γ, δ, ε Radices venarum intercostalium sinistrarum: x tertiae, y quartae, z quintae, α sextae, β septimae, γ octavae, δ nonae, ε decimae.

ζ Vena sine pari, quae circa undecimam thoracis vertebram dividitur η in ramum dextrum θ, & sinistrum ι.

κ Azygae dextrae ramus, à quo venae intercostales dextrae, λ secunda, & μ tertia.

ν, ξ, ο, π, ρ, σ, τ, υ, φ Radices reliquarum venarum intercostalium dexterarum: ν quartae, &c. Quae sunt rami venae sine pari, ramique ejus dextri θ eorum, in quos circa undecimam thoracis vertebram dividitur.

χ, ψ Radices venarum intercostalium sinistrarum: χ undecimae, ψ duodecimae. Quae sunt rami rami ι sinistri eorum, in quos vena sine pari circa undecimam thoracis vertebram dividitur.

FIGURA OCTAVA.

Quaedam dextri brachii venae.

a Vena cava superior juxta cor recisa.

b: b Venae subclaviae.

c Radix venae jugularis internae.

d Radix venae jugularis externae.

e *Vena axillaris.*

f, f, f Rami, qui pertinent ad pectus, latus thoracis, &c.

g Venae duae, quae sunt loco *axillaris profundae.* Ramo intermedio conjunctae, post confluunt in unam i juxta cubiti flexum.

k *Externa axillaris.* De vena communi profunda brachii, antigrammate IV.

l *Humerariae vices gerens.*

Hanc eamdem venam (humerariam puta) *omnino deesse interdum observavi; sed ab externa axillari, ante medium longitudinis humeri, tenuem surculum erumpere, qui flexo itinere ad consuetum locum perductus, humerariae vices gereret, & circa cubiti articulum ramo uno* m *cum axillari externa, altero autem* (hic duobus n) *cum interna de more conjungeretur.* De vena communi profunda brachii, antigrammate IV.

o *Axillaris parum supra internum humeri tuberculum in duos ramos divisio; quorum exterior* p *cum altero humerariae ramo* m *conjunctus communem superficiariam* q *constituit.* Explicatione figurae I. K, & II. k tabulae VIII.

r Venae *communis superficiariae* conjunctio cum *axillari profunda.*

s Conjunctio rami venae *communis superficiariae* cum ramo *externae axillaris.*

FIGURA NONA.

Quaedam sinistri brachii venae.

Lancisio quidem visum, *delineare arteriam, quae ad brachium fertur.* At

Digitized by Google

At venas exhibere, tota explicatio, quam dedi, ita declarat & probat, ut necesse non videatur argumenta hic afferre.

a Vena cava superior juxta cor recisa.
b Radix venae subclaviae dextrae.
c Vena subclavia sinistra.
d Radix venae f tabulae xxv. n°. 11.
e Radix venae jugularis internae.
f Radix venae jugularis externae.
g *Vena humeraria ita mihi exilis quandoque occurrit, ut nisi animum una cum oculis diligenter advertissem, me prorsus effugisset.* De vena communi profunda brachii, antigrammate iv.
Ad hanc venam pertinere hic locus visus est. Expendant porro intelligentes, pertineatne, nec ne.
h Humerariae illius conjunctio cum trunco venae *axillaris externae*, & i cum ramo ejusdem.
k *Axillaris vena.*
l Vena *axillaris profunda.*
m Vena *axillaris externa.* De vena communi profunda brachii, antigrammate iv.
n Venae *axillaris externae* conjunctio cum *axillari profunda.*
o *Axillaris in duos ramos divisio, quorum exteriore* p cum humerariae ramo i conjuncto fit vena q: ad quam alius ramus r à ramo interiore divisionis axillaris externae adjungitur.
s Ramus à vena *communi superficiaria* ortus, conjunctusque cum *axillari profunda.*

Praeterea apparent venae superficiariae, rami axillaris externae, humerariae, communis superficiariae: quae per cubitum manumque ramosae, ac crebre conjunctae. Et illae quidem, quae superiores in icone, per internam partem cubiti: quae inferiores, per externam, perque manum ad extremos usque digitos ducuntur.

FIGURA DECIMA.

a Auricula dextra, b hac parte à corde recisa.
c Vena cava inferior.
d: e *Duae partes aequales, in quas vena cava, superato diaphragmate, scinditur:* de vena sine pari, antigrammate xii. d Dextra, & e sinistra.

FIGURA UNDECIMA.

Animalium, quibus in sinistra thoracis parte vena inferiora costarum spatia alens tributa est, alia unam tantum habent, alia duas; unam echinus & mus, quorum vena cava, superato diaphragmate, in duas partes aequales scinditur, dextraque earum cordi infigitur, indeque ad jugulum sui lateris adscendit; sinistra vero inter cor & jugulum azygam venam producit, quae arteriam magnam comitem sibi adjungens, juxta sinistrum vertebrarum latus deorsum fertur, ramisque hinc inde distributis, venae sine pari officio fungitur. De vena sine pari, antigrammate xii.

Digitized by Google

a Auricula dextra, b hac parte à corde recisa.

c Vena cava inferior.

d:e *Duae partes aequales, in quas vena cava, superato diaphragmate, scinditur:* d dextra, & e sinistra.

f Venae azygae radix.

FIGURA DUODECIMA.

a Vena cava superior juxta cor recisa.

b:b Venae subclaviae.

c Radix venae f tabulae xxv. n°. 11.

d:d Radices venarum jugularium internarum.

e:e Radices venarum jugularium externarum.

f:f Radices venarum *axillarium.*

g Arteria aorta juxta cor recisa.

h Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.

i:i Radices arteriarum carotidum.

k:k Radices arteriarum subclaviarum.

l:l Venae mammariae, quae cum venis epigastricis conjunguntur. Dextra dividitur in duas, unius arteriae comites, quam mediam continent.

m:m Arteriae mammariae, comites venarum, cumque arteriis epigastricis conjunctae.

n, o, p, q, r, s: n, o, p, q, r, s Venarum mammariarum rami, cum comitibus ramis arteriarum. Conjunguntur cum intercostalibus: n:n cum primis, o:o cum secundis. Ramos emittunt, per spatia intercostalia ad pectus penetrantes: quorum hic radices exhibitae.

Caeterum ubi alii intercostales rami, qui venae azygae germina sunt, & a quibus memorati pullulant, juxta sternum perducti sunt, tunc venae utriusque propagines, hinc inde sub eo recta deorsum procedentes, singulis illorum occurrunt, & cum eis ita coëunt, ut quisque eorum unius venae, a duplici principio originem ducentis, intuentibus speciem referat; & praeterea non longe a pectoris osse, perforatis ejus loci musculis, alios insignes, aut certe non obscuros ramos, a singulis spatiis intercartilaginibus, ac etiam sub sterno a musculis rectis abdominis emittunt, qui sub cutem distributi, cum nonnullis aliis a magno axillaris venae exteriori germine pullulantibus, variis modis commiscentur, atque uniuntur. De vena sine pari, antigrammate xviii.

t, u: t, u Venae intercostales ab utroque latere superiores duae: t:t primae, u:u secundae.

Illud venarum jugum, quod ex posteriori sede utriusque trunci venae cavae in jugulo, juxta initia venarum jugularium, oritur, & sub arteria brachii reflectitur, in geminos ramos plerumque dividitur, qui in duo superiora costarum intervalla distributi cum ramis intercartilaginibus venae sterni junguntur. De vena sine pari, antigrammate xv.

v, w: v, w Arteriae intercostales ab utroque latere superiores duae: v:v primae, w:w secundae. Comites venarum t, u: t, u.

x:x Venae iliacae tum supra tum infra epigastricas recisae.

y:y Arteriae iliacae tum supra tum infra epigastricas recisae.

z:z Venae epigastricae, quae cum mammariis conjunguntur, ramisque pertinent ad rectos abdominis, &c. Dextrae majores rami bifidi sunt, ut mammaria bifida, cum qua conjuncti.

α:α

Digitized by Google

α:α Arteriae epigaſtricae, comites venarum z:z, conjunctaeque cum arteriis mammariis.

β Ramorum majorum venae epigaſtricae ſiniſtrae conjunctio, ibi ubi cum mammariae ramis conjuncti.

γ:γ Radices venarum ſaphaenarum.

FIGURA DECIMA TERTIA.

Aſpera arteria, venaeque atque arteriae pulmonares, ut per pulmones pertinent. Exhibitae à parte priore.

a Aſpera arteria, juxta laryngem reciſa.

b:b Bronchi, qui

c, c, &c. Ramis ſuis per pulmones pertinent.

d Arteria pulmonaris juxta cor reciſa. Ut figura v. tabulae xv. H.

e:e rami duo, in quos arteria pulmonaris dividitur. Ut figura v. tabulae xv. K:L.

f, f, &c. Arteriae pulmonaris rami per pulmones pertinentes.

g Sinus venarum pulmonarium, juxta cor reciſus. Ut figura v. tabulae xv. M.

h, i, k, l Venae pulmonares quatuor, à ſinu illo emiſſae, ut figura v. tabulae xv. O, P, Q, R; ramiſque ſuis per pulmones pertinentes.

FIGURA DECIMA QUARTA.

Difficile mentem Euſtachii aſſequi.


FIGURA DECIMA QUINTA.

Pedis venas & arterias exhibere videtur.

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XXVIII.

Digitized by Google

180 B



TAB. XXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXVIII.

Exhibet musculos post integumenta toti corpori communia. Detracti autem latissimi colli.

a:a Frontales. α Eorum conjunctio. β Pars per dorsum nasi excurrens.
bb Temporalis.
c Attollens auriculam.
d Zygoma.
ee:ee Orbiculares palpebrarum. α Pars, quam orbicularis hic à zygomatico minore accipit. Vide L-β figurae I. tabulae XLI.
f Compressor naris. Quem, ut videtur, in unum conjunxit cum depressore alae. Vide F figurae III. tabulae XLI.
g Levator labii superioris alaeque nasi.
h:h Levatores labii superioris.
i:i Levatores angulorum oris.
k Zygomaticus major. α Origo ejus ab osse jugali.
l Masseter.
m Maxilla inferior.
n:n Depressores angulorum oris.
o Aut depressores labii inferioris, aut tantummodo locus eorum.
pp Biventer maxillae inferioris.
q Os hyoïdes.
r Stylohyoïdeus.
s Larynx cum pharynge, obscure.

Videbatur primum hyothyreoïdeus esse hoc posse. Et certe quod ejus est infra os hyoïdes, insertionemque coracohyoïdei, speciem musculi illius hyothyreoïdei praebet: & confirmare etiam posset tabulae XXXIII. S. Sed quandoquidem inde etiam usque ad biventrem maxillae pertinet; ubi cornu ossis hyoïdis & hyoglossus deberent sequi; potius, quod laryngis & pharyngis cum partibus ad ea pertinentibus, inter quas etiam hyothyreoïdeus est, ibi loci est situm, una rudi nec distincta figura expressisse visus est.

t:t Recti capitis interni majores: aut loci eorum. Confer t tabulae XXXII, & T tabulae XXXIII.
uu:uu Coracohyoïdei.
w:w Sternohyoïdei.
x Sternothyreoïdei.
y:y Sternomastoïdei.
z:z Cleidomastoïdei.
A:A Scaleni medii.
B Levator scapulae.
C:C Cucullares.
D:D Claviculae.
E:E Deltoïdei.
F:F Pectorales.
G:G Serrati magni.
H:H Latissimi dorsi.
IK:IK Obliqui externi abdominis. I:I Partes carneae. K:K Aponeuroses.

Pro recto abdominis indicat Boerhavius, in institutionum §. LXXXVI. b.

Digitized by Google

Est aponeurosis obliqui externi; sub qua, si velis, rectus, sed perobscure, ut ejus speciem quandam referat.

L Umbilicus.

M:M Ossa ilium.

N:N Funiculi vasorum spermaticorum, una cum cremasteribus penetrantes per annulos obliquorum externorum.

O:O Cremasteres.

P:P Pectinei.

Q:Q Psoae magni.

Esse psoas magnos, ex tabulae XXXIII. Θ, & XXXVIII. rs-α facile cognosces. Quorum tendinibus iliaci interni adjunguntur quidem, ut exhibui in musculorum hominis tabula III. ς υ in femore, & in tabula IV. y x; non ita tamen, quin tendines illi ad psoas potius, quam iliacos referendi sint. Lancisius autem *iliacorum internorum tendines* esse tradit.

R:R Tensores vaginarum femorum.

S:S Glutei medii.

Hoc, quod Lancisius *principium fasciae latae* esse tradit, est gluteus medius: de quo confer musculorum hominis tabulae I. K in femore. Nisi velit gluteum illum hic tectum aponeurosi sua, eamque fasciae latae accenseat.

T:T Vasti externi.

V:V Recti crurum.

W:W Vasti interni.

X:X Sartorii.

Y:Y Adductores longi femorum.

Z:ZZ Graciles.

Γ:Γ Semitendinosi.

Δ:Δ Gemelli.

Θ Plantaris.

Λ:Λ Solei.

ΞΞ Flexor longus digitorum pedis.

Incuria factum esse puto, ut *digitorum extensor longus* apud Lancisium hic vocatus sit: quamvis bis vocatus sit in hujus tabulae explicatione; hic, ubi designat numeris 77. 23; & ubi scribit de ligamento, *quo sub malleolo interno vinciantur tendines musculorum extensoris longi digitorum, tibiaei postici, & flexoris pollicis.* Ignorare autem non potuit, *extensorem longum* non esse; eoque minus, quod in hac ipsa explicatione, paulo ante, quam meminit *ligamenti* illius, *quo sub malleolo interno vinciantur tendines musculorum extensoris longi digitorum, tibiaei postici, & flexoris pollicis*; paulo, inquam, ante recte indicat *extensorem* illum *longum*, quum tradit, Eustachium *ostendisse solitum ligamentum in tarso* (7), *colligans tendines musculorum extendentium digitos pedis.*

ΠΠ Flexor longus pollicis pedis.

Σ Ligamentum, quo retinentur tendines, flexoris longi digitorum pedis, flexoris longi pollicis pedis, tibialis postici.

ΦΦ Tibialis posticus.

Ψ:Ψ Tibiarum ossa.

ΩΩ:ΩΩ Tibiales antici.

1 1, 1, 1, 1:1, 1, 1 Extensores longi digitorum pedum.

2 Peroneus longus.

Hic

Digitized by Google

Hic peroneus longus à brevi non distinctus. Confer tabulae XXXIII. 7, 8; & musculorum hominis tabulae I. o ϱ, ϛ in crure.

3 Soleus.

4, 4 : 4 Extensores proprii pollicum pedum.

5 5 Peroneus tertius.

6 : 6 Malleoli interni.

7 : 7 Ligamenta, quibus retinentur tendines in confinio crurum & pedum extremorum, à priori parte.

8 : 8 Abductores pollicum pedum.

9 : 9 An aponeuroses, quae à tendinibus extensorum propriorum pollicum pedum pertinent ad ossa prima pollicum, ligamentaque, quibus articuli eorum cum metatarso continentur? An potius indicare voluit aponeuroses, quae tendinibus illis adjungerentur, emissae aut à flexoribus brevibus pollicum pedum, aut ab adductoribus eorum, aut à transversis pedum?

De his sequentibusque aponeurosibus & tendinibus videri possunt, quae scripsi in historia musculorum: conferri quoque, quae in tabulis musculorum hominis exhibui.

10 : 10 Aponeuroses, quae interno lateri tendinum extensorum longorum digitorum pedum, ad digitorum parvorum primos pertinentium, adjunguntur. Eas invenio oriri partim à ligamentis articulos digitorum illorum cum suis metatarsi ossibus continentibus, partim ab interosseis primis digitorum eorundem, partim à lumbricalibus eorundem, partim à latere primi ordinis ossium eorundem illorum digitorum.

11 : 11 Aponeuroses similes, quae adjunguntur lateri externo tendinum extendentium digitorum parvorum primorum. Eas oriri invenio partim à ligamentis articulos digitorum illorum cum suis metatarsi ossibus continentibus, partim ab eorundem digitorum interosseis secundis, partim ab eorundem digitorum ossium primi ordinis latere. Adjunguntur autem illi tendinum extendentium parti, quae est ab extensore brevi digitorum pedis.

12 : 12 Tendines communes, qui fiunt è conjunctis inter se extensorum longorum & brevium tendinibus.

13 : 13 Aponeuroses similes illis, ad quas 10 : 10 apposui; similiter orientes à ligamentis articulorum, interosseis primis, lumbricalibus, primique ordinis ossibus digitorum parvorum secundorum.

14 : 14 Aponeuroses similes illis, ad quas 11 : 11 apposui; similiter orientes à ligamentis articulorum, interosseis secundis, primique ordinis ossibus digitorum parvorum secundorum.

15 : 15 Tendines communes, ut ad quos 12 : 12 apposui.

16 Aponeurosis similis illi, ad quam 10 apposui; similiter oriens à ligamento articuli, interosseo primo, lumbricali, primique ordinis osse digiti tertii parvorum.

17 Aponeurosis similis illi, ad quam 11 apposui, similiter oriens à ligamento articuli, interosseo secundo, primique ordinis osse digiti tertii parvorum.

18 Tendo communis, ut ad quem 12 apposui.

19 Aponeurosis similis illi, ad quam 10 apposui; similiter oriens à ligamento articuli, interosseo primo, lumbricali, primique ordinis osse digiti quarti parvorum.

20 Aponeurosis, quae adjungitur extensoris longi digitorum pedis tendini, qui pertinet ad digitum minimum. Oriri eam invenio ab abductore digiti minimi pedis.

Digitized by Google

21 Latus tendo per dorsum digiti minimi ductus, à solo extensoris longi digitorum pedis tendine.
22 Tricipitis brachii caput, quod longus appellatur.
23 Tricipitis brachii caput, quod vocatur brachialis externus.
24:24 Bicipites brachiorum.
25 25:25 Brachiales interni.
26 Tricipitis brachii caput, quod brevis appellatur.
27 Condylus humeri prior, idemque minor.
28 Tendinis tricipitis brachii mucro tenuior, olecrani parti priori, & spinae, quae infra eam ex ulna eminet, inserta.

Apparet, si conferatur tabula XXIX, & XXXI, & XXXVI. MN-ε. *Anconaeus* autem, quem Lancisius hoc esse indicat, exhibitus tabula XXXVII. G.

29:29 Radiales externi longiores.
30:30 Supinatores longi.
31 Pronator teres.
32 Radialis internus.
33 Palmaris longus.
34:34 Ulnares interni.
35, 36 Abductoris longi pollicis manus tendines.
37 Flexor longus pollicis manus.
38 Ligamentum quoddam, distinctum ab eo, quod armillam refert. Ab una parte adhaeret tendini ulnaris interni; ab altera radio, multangulo majori, &c. partimque etiam conjunctum cum interiore armillam referente. Per partem ejus penetrat tendo palmaris longi.

Lancisius hoc *ligamentum* esse indicavit *annulare carpi*: quam recte, non disquiram. Hoc tamen non praetermittendum esse duxi, ut monerem, non esse notissimum illud ligamentum carpi interius, quod exhibitum tabula XXXII. 48, & tabula XXXIII. 70: à quo quantum differat, facile, si comparare velis, cognosces.

39 Palmaris brevis.
40 Aponeurosis palmaris longi, per volam explicata.
41 Flexoris brevis pollicis manus pars, quae pro abductore ejus brevi altero haberi potest. Vide musculorum hominis tabulae II. u in manu dextra.

Esse eundem musculum, cui 44 inscripsi tabula XXXII, ex comparatione satis, puto, cognoscitur. Quare in Lancisii explicatione pro hoc, quod exstat, *tendo pollicis adductor*, fortasse reponendum, *musculus pollicis adductor*, aut *pollicis adductor*, ut appellat eum in explicatione tabulae XXX, ubi 15 inscripsi.

42 Tendo flexoris longi pollicis manus.
43, 43, 43, 43 Tendines sublimis.
44 Tendines profundi.
45 45 Extensor communis digitorum manus.
46 46 Ulnaris externus.
47 Abductoris longi pollicis manus pars superior.
48 Abductoris longi pollicis manus pars inferior.
49 Extensor minor pollicis manus.
50 50 50 Tendo radialis externi longioris.
51 51 Tendo radialis externi brevioris.
52 52 Extensor major pollicis manus.
53 53 Extensor proprius auricularis.
54 Ligamentum, quo tendines obducti in confinio cubiti & dorsi manus.

Digitized by Google

55 Tendo extenſoris minoris pollicis manus.
56 Aponeuroſis adjuncta tendini extenſoris majoris pollicis manus. Eam invenio partim oriri à ligamento articulum pollicis cum metacarpo ſuo continente, partim à flexore pollicis brevi. Vide 40 tabulae XXIX.
57 Communis tendo extenſoris pollicis majoris & minoris.
58 Tendo indicatoris.

Hic haud dubie error admiſſus in ſcalptura. Nam videtur tendo extenſoris communis ad indicem pertinens fiſſus eſſe: quum tamen alter ſit tendo ille, nempe 45: alter autem indicatoris, nempe 58: quod voluiſſe, ſatis declarat tabula XXIX, & XXXI.

59 Lati tendines extenſorum, per dorſum digitorum pertinentes. De aponeuroſibus, quae principio eorum adjunguntur, vide tabulam XXXIV.


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TAB.  XXIX.

Digitized by Google



TAB. XXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXIX.

Hujus pars dimidia, eaque ſiniſtra, exhibet muſculos poſt tegumenta toti corpori communia poſitos: dextra, detractis aliquot primis, ſequentes.

A:A Occipitales.
B Temporalis.
C Zygoma.
D Maſſeter.
E Maxilla inferior.
F Pterygoïdeus internus.
G Proceſſus mammillaris oſſis temporis.
H:H Complexi.
I:I Splenii capitis.
K Cleidomaſtoïdeus, *α* affixus mucroni proceſſus mammillaris.
L Levator ſcapulae.
M Serratus poſticus ſuperior.
N Rhomboïdeus minor.
O:O Rhomboïdei majores.
P Cucullaris.
Q Sacrolumbalis cum longiſſimo dorſi.
R:R Latiſſimi dorſi.
S, S, S, S Spinae vertebrarum.
T:T Criſtae oſſium ilium.
V:V Obliqui interni abdominis.
W:W Obliqui externi abdominis.
X Gluteus magnus.
Y Gluteus medius.
b Coccygeus.
c Sphincter ani externus.
d:d Levatores ani.
e Locus iſchii & foraminis magni oſſis coxae.
f Ligamentum, quod à tubere iſchii pertinet ad os ſacrum.
g Pyriformis.
h Geminorum ſuperior.
i Obturator internus.
k Geminorum inferior.
l Quadratus femoris.
m Trochanter major.
n n:n Adductores magni femorum.
o Gracilis.
p p:p p Semimembranoſi.
q:q Semitendinoſi.

Numeri 55. 31, quibus apud Lanciſium *ſemimembranoſus* deſignatus, deſignant muſculum q, qui ſemitendinoſus eſt: confer muſculorum hominis tabulae v. *π* in dextro femore, & tabulae vi. *o*. Fortaſſe in numeris vitium, voluitque proximum p, qui eſt ſemimembranoſus: confer muſculorum hominis tabulae v. *ν* in dextro femore, & tabulae vi. *φ*.

r : r Bicipitum crurum capita longiora.

Numeri 55. 21, quibus *vastus externus* apud Lancisium designatus, designant caput longum bicipitis cruris sinistri r: de quo capite confer musculorum hominis tabulae v. σ in femore sinistro, & tabulae vi. θ. Et vastus ille in hoc femore conspicuus non est, utpote sub vagina u.

s Spina ossis femoris.

t Vastus externus.

u Vaginae femoris pars crassior, una cum tensore vaginae.

w Bicipitis cruris caput brevius.

x : y y y Ossa femorum.

Si modo ossa exhibere hic voluit. Utcunque sit, certe loci sunt ossium illorum.

z : z Fibularum capita superiora.

Γ Plantaris.

Δ Popliteus.

ΘΛΞ Gemellus cruris. Θ Pars interior, Λ exterior. Ξ Tendo: qui in dextro crure truncatus, & ex parte reflexus.

Π : Π Π Solei.

Σ : Σ Peronei longi.

Φ Extensor longus digitorum pedis.

Ψ : Ψ Peronei tertii.

Ω Ω : Ω Ω Peronei breves.

1 : 1 Flexores longi pollicum pedum.

2 : 2 Tendines achillis.

3 : 3 Abductores digitorum minimorum pedum.

4 Malleolus internus.

5 Flexor longus digitorum pedis.

6 Deltoides.

7 Clavicula.

8 Supraspinatus.

9 10 Spina scapulae cum processu superiore. 10 Epiphysis processus superioris.

11 Epiphysis superior ossis humeri.

12 : 12 Infraspinati.

13 : 13 Teretes minores.

14 Os humeri.

15 : 15 Teretes majores.

16 17 18 : 16 17 18 Tricipites brachiorum. 16 Longus. 17 Brevis. 18 Venter communis.

19 Brachialis internus.

20 Supinator longus.

21 : 21 Condyli minores ossium humerorum.

22 : 22 Olecrana.

Inter 21, 22, 30, 32 Quum non videatur aliud quid hoc spatio significare voluisse, nisi intervallum inter musculos, idcirco notam nullam apposui. In hoc autem spatio locus & sedes est supinatoris brevis.

23 Palmaris longus.

24 Condylus major ossis humeri.

25 : 25 Ulnares interni.

26 Ulnaris externus.

27

Digitized by Google

27 Extensor proprius digiti auricularis.
28 Extensor communis digitorum manus.
29 29 29 Radialis externus.
30 30 30 Radialis externus brevior.
31 31 Radialis externus longior.
32 33 34: 33 34 Abductores longi pollicum manuum. 33 Pars superior, 34 inferior.
35: 35 Extensores minores pollicum manuum.
36: 36 Extensores majores pollicum manuum.
37: 37 Indicatores.
38: 38 Ulnae.
39: 39 Tendines extensorum minorum pollicum manuum.
40: 40 Aponeuroses tendinibus extensorum majorum pollicum manuum adjunctae, orientesque partim à ligamentis articulos pollicum cum suis metacarpi ossibus continentibus, partim à flexoribus brevibus pollicum.

Nisi modo una cum illa aponeurosi etiam extrema adductoris & flexoris brevis pollicis indicare voluit, in manu praesertim sinistra. Vide annotationem ad 6 tabulae XXXI: & confer musculorum hominis tabulae V. 27, 28, 29, 30 in manu dextra.

41: 41 Communes tendines pollicum extensorum majorum & minorum.
42 Abductor indicis.
43 Truncatus tendo, qui ab extensore communi digitorum manus pertinet ad indicem, & cum tendine indicatoris conjungitur.
44: 44, 45, 46, 47 Lati tendines extensorum, per dorsum digitorum ducti. De adjunctis iis aponeurosibus tendinibusque vide tabulam XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXX.

Digitized by Google



TAB. XXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXX.

Musculos post integumenta toti corpori communia exhibet.

a:a Frontales. b Eorum conjunctio. c Eorundem pars, quae per dorsum nasi ducitur.

dd:dd Orbiculares palpebrarum. e Pars, quam orbicularis hic à zygomatico minore accipit. Vide L-β figurae I. tabulae XLI.

f:f Zygomatici majores.

g:g Levatores angulorum oris.

h:h Levatores labii superioris.

i Levator labii superioris alaeque nasi.

k Compressor naris. Quem videtur in unum conjunxisse cum depressore alae. Vide F figurae III. tabulae XLI.

l Orbicularis oris.

m Aut depressores labii inferioris, aut tantummodo locus eorum.

n:n Depressores angulorum oris.

o Temporalis.

p Attolens auriculam.

q Zygoma.

r Masseter.

s Sternomastoïdeus.

t:t Cucullares.

u:u Latissimi colli. www:ww Eorum principium. x Extremi pars ad maxillam inferiorem desinens. y Pars ad buccam pertinens. z:z Hic sternomastoïdei una cum cleidomastoïdeis prominent, tecti latissimis colli. Æ Hac parte latissimus super malam ducitur. A:A Claviculae prominentes, tectaeque latissimis colli.

B:B Pectorales.

C Serratus anticus, hac parte nudus à pectorali, ob sublatum brachium.

D Serratus magnus.

E Latissimus dorsi.

F:F Obliqui externi abdominis.

Hunc, ut tabula XXVIII, pro *recto* abdominis indicat Boerhavius in institutionum §. LXXXVI. b. Non aliter autem hic, atque ille, dici *rectus* abdominis potest.

G Umbilicus.

H Crista ossis ilium.

I Gluteus magnus.

K Aponeurosis gluteum medium tegens.

L Locus trochanteris majoris.

M:M Tensores vaginarum femorum. N Extremum tensoris, quo vaginae femoris implicatur.

O:OO Sartorii.

P Pubis locus.

Q Penis.

R:RR Recti crurum.

S Vaginae femoris crassior pars, tegens vastum externum.

T:T Bicipites crurum.

V : V Semitendinosi.

Musculi, quos designant numeri *66.* 28, & *64.* 20, quibus *graciles* designati apud Lancisium, sunt seminervosi. Gracilis autem in sinistro tantum femore conspicuus, ubi Y inscripsi: in dextro enim cerni ab hac parte nequit.

W Semimembranosus.

Musculus, quem numeri *64* 21. designant, quibus apud Lancisium *seminervosus* designatus, semimembranosus est. Seminervosus autem est proximus, cui V inscripsi.

X Adductor magnus femoris.

Y Gracilis.

Qui gracilis vocatur, is musculus ille est, quem designant numeri *66.* 21, quibus *semimembranosus* apud Lancisium designatus. Semimembranosus est proximus, cui W inscripsi.

Z : Z Vasti interni.

α Caput superius fibulae.

β : β Gemelli.

Hi numeri 84. 30, quibus *peronaeus anticus* apud Lancisium designatur, haud dubie (ut fortasse hic etiam alii) mendosi sunt: designant enim gemellum, quem pro *peronaeo antico* habuisse putari non potest, qui est, cui ε inscripsi.

γ : γ Tendines achillis.

δ : δ Solei.

εεε Peroneus longus.

ζζζ Peroneus brevis.

ηη Peroneus tertius.

θθ : θ Extensores longi digitorum pedum.

ι : ιι Tibiales antici.

κκ : κ Extensores longi pollicum pedum.

λ : λ Ligamenta, quibus tendines in priori parte confinii crurum & pedum obducti.

μ Malleolus externus.

ν, ξ Ligamenta, quibus tendines peroneorum, longi & brevis, juxta malleolum externum obducti.

ο Abductor digiti minimi pedis.

π Malleolus internus.

ρ Ligamentum, quo retinentur tendines flexoris longi digitorum pedis, flexoris longi pollicis pedis, tibialis postici.

σσ Tibialis posticus.

ττ Flexor longus digitorum pedis.

Numeri hi 80. 11. designant flexorem longum digitorum pedis. *Tibiaeus* autem *posticus*, qui numeris illis apud Lancisium designatur, est, cui σ inscripsi. Confer musculorum hominis tabulam IX.

υυ Flexor longus pollicis pedis.

Numeri hi 84. 6, quibus *flexor magnus digitorum* designatus apud Lancisium, si regulae *principium in primo tabulae latere*, *ac supra illam altitudinis lineam*, *quae figuram immediate respicit*, *adamussim apponas*, quod faciendum *semper* esse Soldatus monet, designant ligamentum ρ, circa flexorem pollicis longum, ut conjicere quis posset, eum designari. Si vero *regulae* finem exteriori margini *lateris* secundi *adamussim apponas*, designant fere *flexorem magnum digitorum* τ.


φ Ab-

φ Abductor pollicis pedis.
χ Teres major.
ψ Coracobrachialis.
ω : ω Deltoïdei.
Γ : Γ Bicipites brachiorum.
Δ : Δ Tricipitum brachiorum partes, quae longi vocantur.
Illud, quod numeri hi 21. 13. designant, quibus *brevis* designatus apud Lancisium, est omnino longi pars.
Θ : Θ Tricipitum brachiorum partes, quae brachiales externi vocantur.
Λ Λ : Λ Brachiales interni.
Ξ Extremum tricipitis brachii.
Π Condylus ossis humeri posterior, seu major.
Σ : Σ Pronatores teretes.
Φ Palmaris longus.
Ψ : Ψ Ulnares interni.
Ω : Ω Radiales interni.
Sinister, quem designant numeri 38. 46, est omnino radialis internus. *Flexor* autem *pollicis*, qui iis apud Lancisium designatur, in hoc brachio est, cui *6* inscripsi.
1 : 1 Supinatores longi.
2 Radialis externus longior.
3 Sublimis.
Hic certe sublimis est, non *palmaris*, quod Lancisius vult, designans numeris his, 10. 10. Scilicet palmaris, longi puta, venter una cum tendine aliquibus non datus: quod exhibere hic videtur. Vide super hac re historiae musculorum libri III. caput CLXIV. Quamvis tamen ex icone suspicio trahi quaedam possit, portionem à sublimi abscedentem, subire primum ligamentum *7*, dein penetrare per illud, & in aponeurosem volae 12 expandi.
4 : 4 Tendines portionum superiorum abductorum longorum pollicum manuum.
5 Tendo portionis inferioris abductoris longi pollicis manus.
6 : *6* Flexores longi pollicum manuum.
7 : *7* Vide 38 tabulae XXVIII.
Lancisius esse dicit *ligamentum carpi.* Vide annotationem ad 38 tabulae XXVIII.
8 Profundus.
9 : 9 Ulnae.
Fortasse tantummodo locus est ulnae, aut adumbratio quaedam partis illius, quae mox supra manum est.
10 : 10 Palmares breves.
11 : 11 Abductores digitorum minimorum manuum.
12 Aponeurosis volae, quae in sinistra manu à palmari longo expanditur, in dextra, ubi palmaris ille nullus, à ligamento, cui *7* inscriptum. 13 Aponeurosis illius portio, quam adjungi invenio principio abductoris brevis pollicis.
Vide annotationem ad 3.
14 : 14 Adductores pollicum manuum, una cum flexoribus brevibus.
15 : 15 Partes flexorum brevium pollicum manuum.
16 : *16* Abductores breves pollicum manuum.
17 Tendo extensoris minoris pollicis manus.
18 : 18 Tendines flexorum longorum pollicum manuum.
19, 19, 19, 19 : 19, 19, 19, 19 Tendines sublimium.
20, 20, 20, 20 : 20, 20, 20, 20 Tendines profundorum.

Digitized by Google


134 A

Digitized by Google



TAB. XXXI.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXI.

Musculos post tegumenta toti corpori communia exhibet.
A:A Occipitales.
B Attollens auriculam.
C:C Temporales.
D Frontalis.
Æ Orbicularis palpebrarum.
E Retrahens auriculae.
F Zygoma.
G Masseter.
H:H Sternomastoïdei.
I:I Splenii capitis.
K:K Complexi.
L:L Levatores scapularum.
M:M Cucullares.
N:N Infraspinati.
O:O Teretes minores.
P:P Teretes majores.
Q:Q Rhomboïdei majores.
RRR Spinae vertebrarum.
S:S Latissimi dorsi.
T, T, T Latissimi dorsi capita, quae à costis oriuntur.
V Serratus magnus.
W Obliquus externus abdominis.
X:X Glutei magni.
Y Tensor vaginae femoris.
Z Pars insignior vaginae tendineae femoris.
a Bicipitis cruris caput breve.
b In sinistro femore, bicipitis cruris caput longum. In dextro, biceps cruris.
c:c Semitendinosi.
dd:dd Semimembranosi.
e Adductor magnus femoris.
f:f Graciles.
g:g Sartorii.
h Vastus internus.
ikl:ikl Gemelli.
mm:m Solei.
nnn Peroneus longus.
ooo Peroneus brevis.
p:pp Flexores longi pollicum pedum.
qq Peroneus tertius.
rrr:r Extensores longi digitorum pedum.
s:s Ligamenta, quibus tendines à priori parte pedum, in confinio cruris & pedis extremi, obducti.
t Malleolus externus.

u, w Ligamenta, quibus tendines peroneorum, longi & brevis, juxta malleolum externum obducti.

x Abductor digiti minimi pedis.

y Plantaris.

z:z Flexor longus digitorum pedis.

αα Tibialis antici tendo.

β Malleolus internus.

γ Ligamentum, quo tendo flexoris longi digitorum pedis, itemque tendo flexoris longi pollicis pedis, ac tibialis postici, retinentur.

δδ Tibialis postici tendo.

ε Abductor pollicis pedis.

ζ Tendo extensoris proprii pollicis pedis.

η:η Deltoïdei.

θ:θ Brachiales interni.

ικλ:ικλ Tricipites brachiorum. ι:ι Capita, quae breves appellantur. κ:κ Quae longi.

μ:μ Ossium humerorum condyli minores.

ν Olecranon.

ξ Condylus major ossis humeri, ut videtur.

ο:ο Supinatores longi.

πππ Sinistri brachii, radialis externus longior. ππππ Brachii dextri, radiales externi.

ϱϱϱϱ:ϱϱϱ Extensores communes digitorum manuum. Vide W X Y tabulae XXXIV.

σσ:σσ Ulnares externi.

τ Ulnaris internus.

υ Palmaris longus.

φφ:φφ Extensores proprii auricularium.

χψ:χψ Abductores longi pollicum manuum. χ:χ Partes superiores. ψ:ψ Inferiores.

ω:ω Extensores minores pollicum manuum.

1 1:1 1 Extensores majores pollicum manuum.

2:2 Ligamenta, quibus obducti tendines in confinio cubitorum & dorsi manuum.

3:3 Tendines indicatorum.

4 Abductor indicis manus.

5 Tendo extensoris minoris pollicis manus.

6 Adductor pollicis manus, una cum flexore brevi, & aponeurosi ad tendinem extensoris majoris pollicis pertinente.


Ea certe hic loci sita sunt: quae videri potest non distinxisse. Confer annotationem ad 40 tabulae XXIX.

7,7,7,7:7,7,7,7 Extensorum digitorum manuum lati tendines in dorso digitorum. Confer tabulam XXXIV.

T A-


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXII.

In sinistro latere exhibiti musculi post integumenta toti corpori communia positi, detracto latissimo colli; detractis quoque aliquot ligamentis, quibus tendines retinentur. In dextro praeterea musculi aliquot primi detracti.

a: a Frontales. α Eorum conjunctio. β Pars per dorsum nasi ducta.
bb: bb. Orbiculares palpebrarum. α Portio, quam accipit à zygomatico minore. Vide L-β figurae I. tabulae XLI.
c Compressor naris. Quem cum depressore alae in unum conjunxit, ut videtur. Vide F figurae III. tabulae XLI.
d Levator labii superioris alaeque nasi.
e: e Levatores labii superioris.
f: f Levatores angulorum oris.
g: g Zygomatici majores.
h Quaedam orbicularis oris nota.
i Aut depressores labii inferioris, aut tantummodo locus eorum.
k: k Depressores angulorum oris.
ll Temporalis.
m Attollens auriculam.
n Occipitalis.
o Retrahens auriculam.
p Zygoma.
q Masseter.
rr: r Biventres maxillae.
s sinistra, stylohyoïdeus. Cui respondens s in dextro latere stylohyoïdeus quoque esse videtur.
t Rectus internus major capitis.
u Aut hyothyreoïdeus, aut larynx cum pharynge, obscure.
Confer annotationem ad s tabulae XXVIII.
ww: ww Coracohyoïdei.
x: x Sternohyoïdei.
y: y Sternothyreoïdei.
z Sternomastoïdeus.
A: A Cleidomastoïdei.
B Scalenus prior: si modo hoc aliquid significet.
CC: C Scaleni medii.
Comparatio cum scaleno medio Y sinistro tabulae XXXIII. satis indicare videtur. Lancisio autem *scapulae elevator proprius.*
D Levator scapulae: si significare aliquid eo voluerit.
E: E Cucullares.
F: F Claviculae.
G Subclavius.
H Sternum.
I Serratus anticus.
K Pectoralis.
L: L Latissimi dorsi.
M: MM Serrati magni.

N Intercostalis externus primus.
O, O, &c. Costae.
P, P, &c. Interçostales interni.
Q Rectus abdominis.
R Obliquus internus abdominis. α Pars ejus carnea. β Aponeurosis. γ Locus, ubi funiculus spermaticorum vasorum cum cremastere penetrat.
Quum *rectum* hic indicet Boerhavius in institutionibus § LXXXVI. b. *Eustach.* T. 31. 45. 28, nequeo quin moneam, dextri partem tantummodo superiorem nudam esse, Q: de caetero dextrum illum sub aponeurosi obliqui interni R-β, sinistrum sub obliqui externi aponeurosi T-β, latere; easque attollendo, si velis, eminere, atque ea ratione dici rectos posse.
S Umbilicus.
T Obliquus externus abdominis. α Pars ejus carnea. β Aponeurosis. γ Locus, ubi funiculus vasorum spermaticorum cum cremastere penetrat.
Vide annotationem ad R.
V : V Cristae ossium ilium.
W : W Glutei medii.
X Tensor vaginae femoris.
Y Trochanter major.
Z : Z Psoae magni.
Γ : Γ Cremasteres.
Quas *carneas peritonaei productiones* Lancisius esse dicit, cremasteres esse apparet.
Δ : Δ Pectinei.
Θ : Θ Adductores longi femorum.
Λ Adductor magnus femoris.
Ξ Gracilis.
Π Semitendinosus.
Σ Sartorius.
Φ : Φ Vasti interni.
Ψ : Ψ Recti crurum.
Ω : Ω Vasti externi.
1 : 1 Gemelli.
2 : 2 Solei.
3 : 3 Tibiae.
4 Tibialis anticus.
5 : 5 Extensores longi digitorum pedum.
De latis tendinibus per dorsum digitorum ductis, aponeurosibusque, quae iis adjunguntur, vide tabulam XXVIII.
6 6 Fibula, aut ejus locus.
7 Soleus.
8 Peroneus brevis.
9 Peroneus tertius.
10 : 10 Extensores proprii pollicum pedum.
De aponeurosi, quae tendini eorum adjungitur, vide tabulam XXVIII.
11 Flexor longus digitorum pedis.
12 Tibialis posticus.
13 Flexor longus pollicis pedis.
14 Tendo achillis.
15 Abductor pollicis pedis.

16,

Digitized by Google

16, 17 Ligamenta duo, quae à processu coracoïdeo ad scapulae processum superiorem pertinent.
18 Processus coracoïdeus.
19 19 Os humeri.
20 Commune principium partis brevioris bicipitis brachii & coracobrachialis.
21 Coracobrachialis.
22 Deltoïdes.
23 24 25 : 23 24 25 Bicipites brachiorum. 23 Pars longior. 24 Brevior.
26 : 26 Tricipitum brachiorum partes, quae vocantur longi.
27 : 27 Tricipitum brachiorum partes, quae vocantur brachiales externi.
28 28 : 28 28 Brachiales interni.
29 : 29 Pronatores teretes.
30 : 30 Supinatores longi.
31 : 31 Radiales externi longiores.
32 Radialis internus.
33 Palmaris longus.
34 Ulnaris internus.
35 Sublimis.
36 Profundus.
37 Flexor longus pollicis manus.
38, 39 Tendines abductoris longi pollicis manus.
40 Tendo extensoris minoris pollicis manus.
41 Abductor longus pollicis manus.
42 : 42 Tendines flexorum longorum pollicum manuum.
43 : 43 Abductores breves pollicum manuum.
Confer musculorum hominis tabulae I. Y in manu dextra.
44 : 44 Partes flexorum brevium pollicum manuum. Vide 41 tabulae XXVIII.
45 Adductor pollicis manus, una cum flexore brevi.
46 Abductor indicis, obscure.
47 Aponeurosis palmaris longi in vola.
De portione, quae abductori pollicis brevi adjungitur, vide tabulae XXXV. Δ-θ.
48 Ligamentum transversum carpi interius, sub quo tendines ad volam ducuntur.
49 : 49 Palmares breves.
50 : 50 Abductores digitorum minimorum manuum.
51, 52, 53, 54 Lumbricales manus.
55, 55, 55, 55 : 55, 55, 55, 55 Tendines sublimium.
56, 56, 56, 56 : 56, 56, 56, 56 Tendines profundorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXIII.

Digitized by Google



TAB. XXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXIII.

Musculos interiores exhibet.

A Temporalis. α Tendo.

B Zygoma.

C Masseter.

D Buccinator.

E Processus styliformis ossis temporis.

F Foramen introitus auris.

G Biventer maxillae.

H Mylohyoïdeus dexter.

I Geniohyoïdeus.

Numeri 9. 35, quibus *genioglossus* apud Lancisium designatus, designant geniohyoïdeum I. Proximus autem K genioglossus est.

K Genioglossus sinister.

L Basioglossus.

Numeri 9. 36, quibus *ceratoglossus* designatus apud Lancisium, designant confinia genioglossi K, & basioglossi L, sic ut, quem proprie basioglossum vocamus, designare videantur. Cui proximus N proprio nomine ceratoglossi appellari à multis solet.

M Styloglossus.

N Ceratoglossus.

O O Pharynx, ut videtur.

P Stylopharyngeus.

Q Os hyoïdes.

Vix dubitandum esse videtur, quin os hyoïdes sit, in totum rudiore modo indicatum, ut alias alia consuevit. Id tum ex anatome ipsa, tum comparatione facta cum figura v. VIII. XI. tabulae XLI. cognoscitur: in cujus quinta etiam imperfecte exhibitum, cornubus à basi non distinctis. De qua re etiam Morgagnum invenio scripsisse haec: *nondum illud animadverti ligamentum quod in ipsa sede ossis hyoidis apud Eustachium tabula* XXXIII. (10 ÷ 37.), *scalptoris fortasse incuria, delineatum videri potest. Mihi certe & rem ipsam attendenti, & figuras aliquot tabulae* XLI. *cum ea tabula comparanti magna potius suspicio est, in ea quoque os hyöides, sed cornu à basi minus accurate distincto, repraesentari potius, quam ligamentum, ut viris alioqui praestantissimis Lancisio & Valsalvae videbatur.* Epistola anatomica XI. §. XI.

R:S Hyothyreoïdei.

T Rectus internus major capitis.

V Splenius capitis.

Quum is, cui V inscripsi, ad exteriorem processus mammillaris partem pertineat, splenius capitis videri fortasse potuit. Et quum proximus à posteriore splenii parte juxta caput sic complexus, videtur existimari potuisse, complexum esse, cui W inscripsi. Adde quod, quum corpora ipsa cum hac figura contuli, illi potissimum esse visi sunt. At potius fortasse alicui videbitur is, cui V inscripsi, trachelomastoïdeus esse. Sive autem hoc malis, sive illud, non deerunt in figura difficultates. Certe qui ad hunc lo-

Digitized by Google

cum ex inferioribus partibus ducti pertinent, sunt à priori parte splenius capitis & trachelomastoïdeus; à posteriore complexus.

W Complexus.

Vide annotationem ad V.

X Levator scapulae.

Y:Y Scaleni medii.

Z:Z Coracohyoïdei.

aa:a Scaleni priores.

b:bb Sternothyreoïdei.

Dexter est sternothyreoïdeus, detracto ab hoc latere sternohyoïdeo. Et ex icone apparet, non esse *sternohyoïdeum*, ut Lancisio visum. Discrepat enim à sternohyoïdeo c, & principii latitudine, & loco unde venit, & figura, & fine ad anteriorem ossis hyoïdis partem non pertinente. Respondet autem sternothyreoïdeo sinistro bb, qui sternohyoïdeo c subjacet. Confer quoque figuram v. tabulae XLI.

c Sternohyoïdeus.

d:d Claviculae.

e Sternothyreoïdei principium.

f Sternohyoïdei principium.

g Sternum.

h, h, &c. Intercostales interni.

i, i, &c. Intercostalium internorum portiones, quae sunt ultra locum, ubi harum costarum cartilagines junctae inter se.

k, k, &c. Costae.

l, l, &c. Intercostales externi.

m Serratus magnus. α β Caput ejus, quod partim à costa prima α, partim à secunda β, oritur. γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι Reliqua capita ejus, quae singula à singulis costis oriuntur: γ à secunda, δ à tertia, ε à quarta, ζ à quinta, η à sexta, θ à septima, ι ab octava.

n Rectus abdominis. α, β, γ Ejus extrema tria, quae cartilaginibus costarum inserta: α septimae, β sextae, γ quintae. δ, ε, ζ Lineae tendineae recti carnem distinguentes.

Transversae lineae, seu circumscriptiones rectorum musculorum abdominis. Ossium examine.

o Linea alba.

p Umbilicus.

q:q Transversi abdominis. αα:α Partes eorum carneae, β:β his partibus orientes à cristis ilium. γ:γ Aponeuroses. δ Aponeurosis inserta cartilagini mucronatae. ε Haec pars, quae transversi esse videtur, proprie est triangularis sterni, qui hac parte tendine suo cum transverso conjunctus, inseritur ossi cartilaginis mucronatae, ipsique cartilagini.

Satis, puto, ex re ipsa apparet, aponeurosem esse, cui γ inscripsi: non autem *peritonaeum ab aliquot musculis denudatum*, ut Lancisius tradit.

r Resecta lamella interna aponeurosis obliqui interni, quae hic cum aponeurosi transversi conjungitur.

Sic videtur. Confer musculorum hominis tabulae III. ttt in abdomine.

s:s Cristae ossium ilium.

t:t Funiculi vasorum spermaticorum.

u Pyramidalis abdominis. α Origo ejus ex pube. β Extremum, quo lineae albae innectitur.

w:w

Digitized by Google

w:w Cremasteribus adjunctae portiones. Quas ab imo margine tendineo obliquorum externorum abdominis orientes inveni.

x:x Cremasteres, α Principium longius & insignius, quod ab inferiore parte obliqui interni & transversi abdominis emitti invenio. β Extremum circa membranam vaginalem testis.

y:y Glutei minores. α Extremum trochanteri majori affixum.

Nequaquam *pars carnosa membranosi*, ut Lancisio visum. Confer modo musculos R, R tabulae XXVIII, & X tabulae XXXII, qui sunt *pars* illa *carnosa membranosi*: & perpende quantum hic ab illis & figura, & longitudine, & situ differat. Contra autem, vide quomodo cum gluteo minore u tabulae XXXVI. conveniat exteriore circumferentia, & locis, ubi in circumferentia illa incipit, & desinit.

z:z Trochanteres majores.

Γ Os femoris.

Δ:Δ Iliaci interni.

Θ:Θ Psoae magni.

Λ:Λ Pectinei.

Ξ:Ξ Adductores longi femorum.

Horum Ξ, Π neque *origines*, neque *insertiones patent. Origines* enim delitescunt pone cremasterem cum funiculo spermatico, & teste: *insertiones*, pone os femoris. At fortasse per *origines* generatim Lancisius hic intellexit principia: per *insertiones*, extrema.

Π:Π Adductores magni femorum. α Extremum superius, idemque latius, femori per longitudinem insertum. β Extremum inferius: quod invenio ad condylum internum femoris pertinere, ut in musculorum hominis tabula VIII. B D in femoribus.

Vide annotationem ad Ξ.

Σ Vastus internus.

Φ:Φ Crurales.

Ψ Vastus externus.

Ω Os femoris.

1:1 Extremi rectorum crurum tendines, truncati, & deorsum inflexi.

2 Vasti externi tendo extremus, truncatus, & deorsum inflexus.

3 Vasti interni tendo extremus, truncatus, & deorsum inflexus.

4:4 Communes aponeuroses extensorum genu, α α: α α insertae tibiis.

5 Poplitei extremum, ut videtur. Confer tabulam XXXVI.

6 Caput superius fibulae.

7:7 Peronei longi. α Origo à capite superiore fibulae, β β à fibula, per longitudinem ejus.

8:8 Peronei breves. α α Origo à fibula.

9:9 Fibulae.

10 10:10 Tibiae.

11 Flexor longus digitorum pedis.

Confer L tabulae XXXVI.

12 Extensor proprius pollicis pedis. α α Origo à fibula. β Tendo.

13 Caput inferius fibulae.

14 14:14 14 Tali.

15:15 15 Ossa navicularia tarsorum.

16:16 16 Ossa cuneiformia magna.

17 Os cuneiforme minus.

Digitized by Google

18 Extensor brevis digitorum pedis. α Origo ejus. β, γ, δ, ε Caudae quatuor: β ad pollicem pertinens, γ ad digitum minorum primum, δ ad secundum, ε ad tertium.

19 Peronei brevis tendo, insertus capiti primo ossis metatarsi digiti minimi.

20 Os metatarsi quintum, hoc est, digiti minimi.

21 Aponeurosis adjuncta tendini extensoris proprii pollicis pedis. Ubi invenio tendinem aponeurosem emittere, quae ambit os primum pollicis, ejusque articulum tum cum metatarso tum cum osse ultimo, atque immiscetur ligamentis, quae articulos illos continent. Vide 9 tabulae XXVIII.

22 23 Tibialis postici tendo. 23 Extremum ejus, insertum ossi cuneiformi magno.

Observanda Lancisius *proponit duo ligamenta, ad decussim posita, quibus natura inter se vinciat ossa tarsi:* & designat numeris 85. 29, & 85. 30. Qui etsi hunc tibialis postici tendinem cum ligamento suo non designant, ea tamen designari, dubitari non videtur posse. Perspicuum autem accuratius attendenti esse puto, esse tendinem illum, cum ligamento suo. Confer musculorum hominis tabulae IV. φ χ ψ in pede, & tabulae I. x, y in pede.

24 Ligamentum, quo tendo tibialis postici hic obductus, ab osse calcanei ad naviculare pertinens.

25 Calcaneus.

26 : 26 Processus coracoïdei.

27 Ligamentum à processu coracoïdeo ad claviculam pertinens.

28, 29 : 28, 29 Ligamenta ab utroque latere duo, quae à processu coracoïdeo ad superiorem scapulae processum pertinent.

30 : 30 Scapularum processus superiores.

31 : 31 Communia principia capitum breviorum bicipitum brachiorum & coracobrachialium.

32 : 32 Capita breviora bicipitum brachiorum, truncata.

33 : 33 Subscapulares.

34 : 34 Teretes majores. In dextro umbra illa distinguente expressit fortasse vestigium à latissimo dorsi impressum.

35 Latissimus dorsi, truncatus.

36 : 36 Coracobrachiales. α : α Extrema humeris inserta.

37 37 : 37 Ossa humerorum.

38 Tricipitis brachii pars, quae longus appellatur.

39 Tricipitis brachii pars, quae brevis vocatur.

40 40 : 40 40 Brachiales interni.

41 Pars bicipitis brachii, ab osse humeri oriens: aut pars brachialis interni, adjuncta bicipiti. Quae est varietas. Vide historiam musculorum in brachiali interno, libro III. capite CL.

42 : 43 Partes duae similes illi, cui 41 inscriptum. Varietas altera.

44 : 44 Tricipitum brachiorum partes, quae vocantur brachiales externi.

45 Condylus humeri major.

46, 47 Ventres duo bicipitis brachii, ad extremum truncati.

48 Extremum bicipitis brachii.

49 Videtur supinator brevis esse.

Comparatio cum musculo, cui I tabula XXXVIII. inscripsi, indicat.

50 Extremum bicipitis brachii, truncatum.


51 Pronator teres.

Digitized by Google

52 : 52 Radiales externi longiores.
53 Sublimis. α Hac parte oritur à condylo majore ossis humeri. β Hac à radio.
54 : 54 Profundi.
55 : 55 Flexores longi pollicum manuum. α α Origo à radio.
56 : 56 Radii.
57 : 57 Pronatores quadrati.
58 Radialis externus brevior.
59 Abductor longus pollicis manus. α, β Partes duae, in quas dividitur.
60 Extensor minor pollicis manus.
61 Tendo radialis externi longioris.
62 Hic tendinis radialis externi brevioris obscurum indicium esse videtur.
63 Os metacarpi indicis.
An inter 63 & 64 interosseus prior indicis? Illa certe sedes ejus est.
64 Abductor indicis manus.
65 Tendo extensoris majoris pollicis manus, truncatus.
66 Extremum adductoris pollicis manus & flexoris brevis. Unde aponeurosis ad tendinem extensorum pollicis. Vide 40 tabulae XXIX.
67 Aponeurosis, quae ab abductore brevi pollicis manus pertinet ad tendinem extensorum pollicis.
68 Communis tendo extensoris pollicis majoris & minoris.
69 Videtur esse opponens pollicis manus.
Confer musculorum hominis tabulae II. q in manu dextra, & historiae musculorum iconis II. E.
70 Carpi ligamentum transversum interius, sub quo tendines ducuntur ad volam.
71 Adductor ossis metacarpi quarti esse videtur.
72 Abductor digiti minimi manus.
73, 73, 73, 73 Tendines sublimis.
74 Tendo flexoris longi pollicis manus.
75 Tendo profundi.


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXIV.

Digitized by Google



Digitized by Google

TABULA XXXIV.

Musculi aliquot, plerique autem exteriores, ad sceletum separatim appositi.

A Attollens auriculam. α Principium ejus, quo abscedit ab epicranio. β Extremum, quod ad auriculam pertinet, resciſſum.

B Occipitalis. αα Origo ejus ab osse occipitis, & temporis. ββ Extremum, quod in aponeurosem vertitur.

C Retrahens auriculam, oriens à processus mammillaris radice. α Ejus extremum, quo ad auriculam pertinet, resciſſum.

D Cucullaris: ex transverso in partes duas divisus, ab intervallo inter spinas inferiorum colli vertebrarum duarum, usque ad summum humerum. α Origo ejus ab osse occipitis. β Pars tendinea, qua cum simili cucullaris alterius conjunctus est, oriturque à ligamento, quod ad spinas colli adnexum, cervicem distinguit. A γ ad δ origo à spinis extremis colli vertebrarum inferiorum duarum, dorsique omnium. δ Pars tendinea juxta spinas dorsi vertebrarum inferiorum trium. ε Plaga tendinea juxta spinas colli vertebrarum inferiorum duarum, totidemque superiorum dorsi. ζ Tendinea pars juxta spinam scapulae. Ab η ad θ extremum spinae scapulae ejusdemque processui superiori insertum.

E Rhomboïdeus minor. α Origo ejus à spinis colli vertebrarum inferiorum duarum. β Extremum basi scapulae juxta primum initium spinae ejus insertum.

Lancisii numeri 18. 31, & 19. 32, quibus *portionem serrati postici superioris* designat, designant rhomboïdeum majorem, quem *rhomboïdaeum* esse paulo ante scripserat. Descriptio autem, quam addit, alium, atque illum, cui E inscripsi, designare non videtur. Si designat, pro 18. 31, & 19. 32, reponendum erit 16. 31, & 18. 32. Hunc autem rhomboïdeum quem voco minorem esse, hoc est, cui N inscripsi tabula XXIX, non autem *portionem serrati postici superioris*, hoc est, cui M eadem tabula XXIX. inscripsi, comparatio aperte docet. Et in tabula quoque XXXVI, in qua *pleniorem* serrati illius *iconem* esse Lancisius indicat, vides eum superiore parte extremi sui non pertinere ad scapulae basem, qua parte spina ejus primum surgit, ut in hac tabula pertinere vides romboïdeum hunc minorem. Confer musculorum hominis tabulae VI. m in dorso.

F Rhomboïdeus major. Ab α ad β origo ejus, à spina imae colli, dorsique superiorum quatuor. A γ ad δ extremum basi scapulae infra spinam insertum.

G Latissimus dorsi. α Pars ejus tendinea ampla, qua incipit. β Pars carnea. A γ ad δ origo ejus ab extremis spinis vertebrarum dorsi inferiorum septem, lumborumque omnium, atque ossis sacri. Ab ε per ζ ad η origo à crista ilium, εζ parte tendinea, η carnea. θ Extremum, quo circum inferiorem oram teretis majoris flectitur, posteaque applicatur ad partem ejus interiorem.

Hic θ si quis fortasse Lancisium, quum ait, *latissimum dorsi tendine acuto alligatum esse inferiori parti superioris sectionis humeri juxta illius caput*; si quis, inquam, eum, eo quod locum designet numeris 20. 37, de insertione tendinis, quae exhibita sit, intelligat; monendus is est, non appa-

rere tendinis infertionem in icone, ut qui fubeat os humeri, longius pertinens, ante quam inferatur.

H Gluteus medius. α β γ Origo ejus à crifta ilium. δ Extremum tendineum, trochanteri majori infertum.

I Gluteus magnus. α Pars tendinea. A β ad γ oritur à crifta ilium, cohaeretque cum latiffimo dorfi. γ Hac parte oritur ab offe facro: δ hac à coccyge. ε Extremus tendo, femori infertus.

K Gracilis, α hic oriens ab offe pubis. β Tendo.

L Semitendinofus. α Origo ejus à fummo dorfo tuberis ifchii. β Tendo.

M Bicipitis caput longum. α Origo ejus à fummo tuberis ifchii dorfo. β Tendo, γ infertus capiti fuperiori fibulae.

N Plantaris. α Tendo ejus.

O O Soleus, α hic oriens à fibulae capite fuperiore, β hic à tibia.

P Gemelli latus tendo, juxta illam partem, qua foleo adjungitur, truncatus α α: deinde ab illa parte, ubi tendo plantaris eft, reflexus β.

Chordam magnam abfciffam Lancifius, qui eft abfciffus gemelli tendo.

Q R S Gemellus. Q Ejus pars exterior, R interior. S Tendo. α, α Capitum origo à femore, fupra condylos. β, β Fila carnea ductu à proximis difcrepantia.

T : T Tendines achillis, calcaneorum parti pofticae inferti.

V Deltoïdes. α β Origo ejus à fpina fcapulae, ejusque proceffu fuperiore. γ Extremum, offi humeri infertum.

W X Y Extenfor digitorum manus communis, hic è portionibus tribus conftans. X Portio, quae praecipue ad indicem pertinet. W Quae ad medium. Y Quae ad tertium, quartumque. α Portionis mediae origo à condylo minore offis humeri. β Portionis primae tendo ad indicem pertinens. γ Portionis fecundae, id eft, mediae, tendo ad medium, in dorfo manus bifidus. δ Portionis tertiae tendo, mox bifidus, alteraque parte ad tertium, altera ad quartum pertinens. ε Tendinea portio, qua tendo indicis & medii in dorfo manus juxta principia digitorum conjuncti. ζ Tendinea portio fimilis, qua tendo medii & tertii conjuncti. η Similis portio, qua conjuncti tendines, in quos tendo portionis tertiae dividitur.

Radiaeum externum, pro quo habuit Lancifius, non effe docet tabula XXXI, in qua fimilis constructio extenforis communis digitorum: cujus portiones tres ϱ, ϱ, ϱ refpondent tribus in hac, W, X, Y. Praeter illas autem radialis etiam externus, & diftinctus omnino ab iis, in tabula illa XXXI. exhibitus: cui ibi litteram π infcripfi. Et incidi in corpora, in quibus ejusmodi extenforis illius conftructio erat.

Z Ulnaris externus. α Origo ejus à condylo offis humeri minore. β Tendo ejus, γ infertus capiti fuperiori offis metacarpi minimi.

a Extenfor proprius auricularis. α Tendo ejus ad digitum minimum pertinens, accipiensque portionem ab extenforis digitorum communis tendine ad digitum tertium pertinente.

b Tendo indicatoris, truncatus.

c Communis tendo, qui fit è tendine indicatoris, illoque extenforis communis, qui ad indicem pertinet.

d Tendo lumbricalis primi, adjunctus tendini extenforum indicis.

Ex tabulae XXXVI. Γ-β colligere poffemus Euftachium hanc aponeurofem ab abductore indicis emitti voluiffe. Hic autem loci tendini communi adjungitur tendo lumbricalis, & aponeurofis, quae partim à tendine illo lum-

Digitized by Google

lumbricalis emittitur, partim ab abductore indicis. Vide historiae musculorum iconis IV. g r u, & musculorum hominis tabulae V. 5 6 7 in manu dextra.

e Interossei posterioris indicis tendinea pars adjuncta tendini extensorum indicis.

f Lumbricalis secundi & interossei prioris digiti medii pars tendinea adjuncta extensoris tendini digiti illius medii.

g Interossei posterioris digiti medii pars tendinea adjuncta extensoris tendini digiti illius.

h Lumbricalis tertii & interossei prioris digiti annularis pars tendinea adjuncta extensoris tendini digiti illius.

i Interossei posterioris digiti annularis pars tendinea adjuncta extensoris tendini digiti illius.

k Lumbricalis quarti & interossei prioris digiti auricularis pars tendinea adjuncta extensoris tendini digiti auricularis.

l Abductoris digiti auricularis pars tendinea adjuncta extensoris auricularis tendini.

m, n, o, p Lati extensorum tendines, per digitorum dorsum ducti: quos simplices exhibet, pertinentesque ad ossa tertii ordinis, α, α, α, α.

q Extensor major pollicis manus. α Origo ejus ab ulna. β Tendo.

r Indicator. α Origo ejus ab ulna. β Tendo.

s Truncatus tendo, qui ab extensore digitorum manus communi ad indicem pertinet.

t Communis tendo, qui fit è tendinibus r-β & s conjunctis inter se.

u Interossei posterioris indicis pars tendinea adjuncta tendini extensorum indicis.

w Tendo lumbricalis primi, adjunctus tendini extensorum indicis.
Vide annotationem ad d.

x Latus tendo extensorum indicis, per dorsum indicis ductus: quem tendinem simplicem exhibet, insertumque ossi tertii ordinis α.

y Aponeurosis, quae adjungitur tendini extensoris majoris pollicis manus, emissa à flexore brevi pollicis.

z Aponeurosis, quae ab abductore brevi pollicis manus pertinet ad tendinem extensoris majoris.

De his, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, u, x, y, z, vide historiam musculorum, & musculorum hominis tabulam V. VI. VII.


Γ Latus tendo extensoris majoris pollicis manus, per dorsum pollicis ductus, insertusque ossi ultimo α.

Quadratus, cujus Lancisius meminit, non exstat in hac icone. Designat eum numeris 44. 33. Quod vero designant, ischion est, ut docet figura sceleti tabulae XLIV: quum quadratus exhibitus sit tabula XXIX. l, & tabula XXXVII. u.

Digitized by Google


210 A

Digitized by Google



TAB. XXXV.

Digitized by Google



TAB. XXXV.

Digitized by Google

TABULA XXXV.

a: a Frontales. α Eorum conjunctio. β Pars, quae per nasi dorsum ducitur. γ Mucro in angulum oculi majorem pertinens: ut videtur.

bb: bb Orbiculares palpebrarum.

c Compressor naris.

Si modo musculum hoc significat. Hic certe locus compressoris.

d Levator labii superioris alaeque nasi.

e: e Levatores labii superioris.

f: f Zygomatici majores.

g g Orbicularis oris.

h: h h Depressores labii inferioris.

i: i Depressores angulorum oris, α lunato ductu circa mentum continuati inter se.

k k: k k Mylohyoïdei, α inter mentum & os hyoïdes convenientes, & conjuncti inter se.

l: l l Stylohyoïdei. Per sinistrum penetrat tendo biventris maxillae: per dextrum autem non.

m n: m n Biventres maxillae. m Venter primus, n postremus. α Tendo medius. β Ventris primi origo ad radicem internam processus mammillaris. γ Venter postremus maxillae insertus.

o p p Os hyoïdes. o Basis. p, p Cornua.

q Attollens auriculam; cujus extremum, quo ad auriculam pertinet, resciffum.

r Retrahens auriculam, cujus extremum, quo ad auriculam pertinet, resciffum.

Suspicionem movere archetypa posset, duos esse.

s Sternomastoïdeus, α oriens à sterno, β insertus ossi mammillari.

t: t Cleidomastoïdei. α Origo à clavicula. β Extremum tendineum insertum mucroni processus mammillaris.

De septimo musculorum pari tantum authorem etiam injuria reprehendunt; nam musculi utrimque gemini sunt, & facillime in duos dividi, nonnunquam etiam in tres, possunt, quorum exterior s *carnoso simul ac nerveo principio a superiori anteriorive sterni regione oritur, & oblique sursum ascendens ante medium ipsius ductum alium tegit, ulteriusque procedens eumdem amplectitur, ac undique involvit, & in posteriorem regionem radicis apophysis papillae mammillarum similis, & in partem huic vicinam carneus atque nerveus semicirculi instar latus inseritur. Alter musculus* t *carnosa origine a tertia claviculae parte sterno proxima enatus, dum ad caput fertur, semper angustior evadit, & post medium quasi teres effectus, a priorique involutus, partim carneo, partim nerveo fine, in apicem memoratae apophysis acutus desinit.* De motu capitis.

u Subclavius. α Tendo, quo incipit, β oriturque à cartilagine costae primae. γ γ Extremum, claviculae insertum.

w Processus coracoïdeus.

x Serratus anticus. α, β, γ, δ Principia ejus, oriunda à costis, secunda, tertia, quarta, quinta. ε Extremum processui coracoïdeo affixum.

y Pectoralis. α Oritur à clavicula, & à β ad γ à sterno. Dein, à γ ad δ, cohaeret cum aponeurosi obliqui externi abdominis. ε Extremum, ossi humeri insertum.

z Deltoïdes. αα Origo à clavicula. β Extremum, offi humeri infertum.

A Obliquus externus abdominis. α Pars carnea, β aponeurofis. γ, δ, ε, ζ Capita, quibus à coftis oritur: γ à fexta, δ feptima, ε octava, ζ nona. η Origo à crifta ilium. θ Aponeurofis ora tendinea, fub qua iliacus internus cum pfoa magno, arteria cruralis venaque ac nervus penetrant. ι Hac parte aponeurofis in pube definit. Ab ι ad κ, hac ad lineam albam pertinet. A κ ad λ, hac ad os pectoris definit.

B Aponeurofis obliqui externi, hac parte conjuncta cum interni aponeurofi. αα Truncata aponeurofis obliqui externi: ut quidem videtur.

C Obliquus internus abdominis. α Pars carnea, β aponeurofis. γ Pars carnea oriens à crifta ilium, δ inferta coftae decimae parti offeae, & ε cartilagineae. ζ Aponeurofis inferta coftae decimae, η nonae, θ offi pubis.

D Rectus cruris. α Tendo ejus, quo incipit, β oriturque à tuberculo, quod in ora priore offis ilium eft. γ Tendo, quo rectus ille definit. δ Tendinis hujus conjunctio cum vaftorum tendinibus.

E Truncatus vaftus externus.

F Truncatus vaftus internus.

GG Aponeurofis extenforum genu, α hac parte patellam integens, ββ hac tibiae inferta.

H Extenfor longus digitorum pedis. α Origo ejus à tibia, & ββ à fibula. γ Tendo ejus, qui finditur in minores quatuor δ, ε, ζ, η, ad digitos parvos quatuor procedentes.

Quum Lancifius hunc effe dicat *peronaeum anticum*, & fimul hic indicet *tendinem extenforis magni digitorum*, qui eft γ, (etfi numeri 83. 23, quibus eum defignat, revera tendinem peronei tertii I-β defignant: quos tamen ad eum, aut, fi peroneum illum ab extenfore digitorum non diftinxerit, ad eum folum non pertinere, fed etiam ipfum extenforis tendinem defignare, cenfendum eft, quatinus extenforis tendo proximus eft in icone, nihilque effe poteft evidentius, quam eum tendinem illum effe) videri poteft putaffe, haec duo ad unum eundemque mufculum non pertinere, fortaffe ob majorem carnis in archetypa umbram in confinio tendinis: quum tamen pertinere appareat attendenti. Confer mufculorum hominis tabulam IX. in pede finiftro. *Peronaeus* autem *anticus* eft plane alius, exteriori fibulae parti adjacens, ut tabulae XXXIII. 7: confer mufculorum hominis tabulae III. G in crure. Nifi quis fortaffe, ut Lancifium excufet, (quem libenter ego vellem ubique excufare poffe) intelligendum de illo effe velit, quem peroneum tertium appello: quem tamen numeri 75. 23, quibus defignat, non defignant. Praeterquam quod ille etiam *peronaeus anticus* appellandus nude non effet, quum hoc nomine notus fit plane alius.

I Peroneus tertius. α Origo ejus à fibula. β Tendo, γ bicorni extremo infertus capiti primo offis metatarfi quinti.

K, K, K, K Lati tendines extenforum digitorum pedis, per dorfum eorum ducti. Simplices exhibet, infertosque offibus ordinis tertii. De aponeurofibus, quae his tendinibus adjunguntur, vide tabulam XXVIII.

L Gracilis. α Origo ejus ab offe pubis. β Tendo, γ infertus tibiae.

M Semitendinofus. N Ejus latus tendo, α tibiae infertus.

O Sartorius. α Tendinofum principium, quo ab offe ilium oritur. β Tendo, in quem vertitur, γ tibiae infertus.

P Tibialis anticus. αα Tendo ejus. β Ab eo tendo gracilior ad pollicem pertinet.

Hunc

Digitized by Google

Hunc tendinem, α inferior, qui certe eſt tibialis antici, deſignant numeri 84. 37; quibus *tendinem extenſoris pollicis* deſignat Lanciſius. Quum vero proximus ſit tendo, qui à tendine tibialis antici per dorſum pollicis pertinet P-β, eum deſignare fortaſſe voluit.

Q Abductor pollicis pedis. α Origo ejus à calcaneo. β Tendo, γ inſertus oſſi primo pollicis pedis.

R Commune principium partis brevioris bicipitis brachii, & coracobrachialis, oriens à coracoïde.

SS Coracobrachialis.

T Pars longior bicipitis brachii. V Pars brevior. α β Tendo, quo incipit pars longior. α Is ducitur ſuper caput oſſis humeri, & β per ſinum humeri. γ Capitum communis venter, qui in δ tendinem vertitur, ε radio inſertum.

W Supinator longus. α Tendo ejus, β radio inſertus.

X Videtur eſſe pars flexoris brevis pollicis manus. α Principium ejus, oriens è ligamento interiore carpi. β Extremum ad pollicem pertinens.

Y An ligamenti carpi interioris (quo coërcentur tendines, qui à cubito ad volam pertinent) pars, à qua palmaris brevis oritur?

Z Palmaris brevis.

Γ Radialis internus. α Principium, quo oritur à condylo majore humeri. β Tendo.

Hunc Lanciſius dicit eſſe *flectentem pollicem:* deque alio, ac flexore pollicis longo, intelligi poſſe non videtur. At plane diverſum à flexore illo eſſe apparet, qui exhibitus tabulae XXXVIII. K. Et eſſe radialem internum, vel ex tabula XXXII. ſatis ſuperque diſcimus, ubi tres iidem illi muſculi exhibiti: nempe 34 ulnaris internus, qui eſt Θ hujus tabulae: & 33 palmaris longus, qui eſt Δ hujus: & 32 radialis internus, qui in hac eſt hic ipſe Γ, de quo dicimus. Invenies quoque, ſi conferre velis, ſimiliorem hunc Γ eſſe muſculo Ψ in dextro brachio tabulae I. muſculorum hominis, quam muſculo Π dextri brachii tabulae III.

Δ Palmaris longus. α Caput à condylo majore oriens. β Tendo. γ Aponeuroſis in vola. δ, ε, ζ, η Portiones quatuor, in quas aponeuroſis finditur: quae ad poſtremum bicornes ſunt. θ Aponeuroſis portio, quam invenio adjungi principio abductoris pollicis brevis.

Θ Ulnaris internus. α Principium, quo à condylo majore oſſis humeri oritur. β Tendo, γ inſertus oſſi ſubrotundo carpi.

Λ Fortaſſe pars flexoris brevis pollicis manus.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXVI.

a Temporalis. α α α Origo ejus prima à latere calvariae. β Tendo.
b Masseter.
c Splenius capitis. α α Origo ejus à spinis vertebrarum. β γ Extremum, insertum β ossi occipitis, & γ mammillari.

Si modo oriri à spinis superiorum colli vertebrarum voluit. Confer historiae musculorum libri III. caput CVI.

Duo (qui caput movent) *a recentioribus anatomicis ante alios descripti, adeo facile scalpello dividuntur, ut non duorum loco, sed potius quatuor habendi sint.* De motu capitis.

d Levator scapulae. α Origo ejus ab ora scapulae, quae media inter superiorem & basem. β, γ, δ, ε Extrema quatuor, inserta processibus transversis vertebrarum colli, β tertiae, γ quintae, δ sextae, ε septimae.
e Serratus posticus superior. α β γ δ Principium tendineum, quo incipit à spinis vertebrarum, α colli secundae, β primae, γ dorsi duodecimae, δ undecimae.
f Serratus magnus. α, β, γ, δ, ε, ζ, η Capita ejus distincta. θ Capitis illius, quo à costa nona incipit, origo.
g Aponeurosis communis serrati postici inferioris & obliqui interni abdominis. α β Origo ejus à spinis. γ Hic adhaeret ad cristam ilium. A γ ad δ, hac parte fit obliquus: à δ ad ε, hac serratus.
h Serratus posticus inferior. α, β, γ, δ Extrema ejus, inserta costis inferioribus quatuor.
i Obliquus internus abdominis. Ab α ad γ oritur à crista ilium. β γ δ ε Hac parte insertus costis, β duodecimae parti osseae, γ cartilagineae, δ cartilagineae undecimae, ε decimae.
k Pars aponeurosis latissimi dorsi, qua obducta aponeurosis communis obliqui interni abdominis & serrati postici inferioris. Ab α ad β resecta ab aponeurosi illa communi, libera ab ea.

Vide musculorum hominis tabulae VI. bbb in lumbis & dorso.

l Commune principium longissimi dorsi & sacrolumbalis. α Pars ejus tendinea, β carnea. γ Sacrolumbalis. δ Longissimus dorsi. Ab ε ad ζ origo partis tendineae à spinis, dorsi inferioribus duabus, lumborum omnibus, ossisque sacri. η Hic carnea oritur à crista ilium.

Musculum sacrum α esse indicat Lancisius, quum sit pars tendinea communis principii sacrolumbalis longissimique dorsi: cui parti subjacet quem sacrum vulgo vocant, exhibitus tabula XXXVII. & tabula XXXIX. figura I. m.

m Pyriformis. α Tendo ejus, extremo β insertus trochanteri majori.
n Truncatum tendineum principium capitis longi bicipitis cruris.
o Semitendinosi principium tendineum truncatum.
p Ligamentum ab osse sacro ad ischii tuber pertinens. α Hac parte ischii tuberi annexum, β hac sacro.
q:q Levatores ani.
r Sphincter externus ani. α Hac parte affixus coccygi extremo.
s Coccygeus. α Origo ab acuto ischii processu. β γ Extremum, insertum β ossi sacro, γ coccygi.

Digitized by Google

t Ligamentum, quod ab osse sacro ad ischii processum acutum pertinet. α Hac parte affixum processui illi, β hac sacro.

u Gluteus minor. αα Origo ejus prima à dorso ossis ilium. β Extremum, trochanteri majori insertum.

w Adductor magnus femoris. Hac parte α oritur ab osse pubis; β hac ab ischii tubere. γγ Extremum latius, quo ossi femoris per longitudinem insertus. δ Extremum gracilius, in tendinem ε migrans, insertum ζ tibiae capiti superiori.

Condylo interiori femoris insertum in corporibus invenio. Vide historiae musculorum libri III. caput CCIV, & musculorum hominis tabulae VIII. BD in femoribus.

x Cruralis. αα Origo ejus à femore.

y Popliteus. α Tendo ejus, ut videtur, oriens à condylo exteriore femoris. β Extremum, tibiae insertum.

Musculus poplitis. De motu capitis.

z Peroneus longus. α Origo ejus à capite superiore fibulae, & ββ à fibula per longitudinem. γδ Tendo, in quem migrat: qui δ hac parte pertinet per sinum malleoli externi.

A Abductor digiti minimi pedis. α Origo ejus à calcaneo. β Portio, quae inserta capiti primo ossis metatarsi quinti. γ Portio ad digitum pertinens. δ Tendo, in quem migrat.

B Truncatus tendo extensoris longi digitorum pedis, ad digitum minimum pertinens.

C Latus tendo: qui fit è tendine extensoris longi digitorum pedis, & adjunctis ei aponeurosibus, ab altero latere ab interosseo & lumbricali, ab altero ab abductore minimi emissis. Hunc simplicem exhibet, pertinentemque α ad os tertium.

D Semimembranosus. α Caput ejus tendineum, quo oritur à dorso tuberis ischii. β Pars tendinea lata. γ Tendo, in quem migrat.

EE Vastus internus. αα Origo ejus à femore.

F Vastus externus. αα Origo ejus à femore.

G Caput breve bicipitis cruris. αα Origo ejus à femore. H Caput longum bicipitis illius, truncatum. I Tendo extremus, α insertus capiti superiori fibulae.

K Flexor longus pollicis pedis. αα Origo ejus à fibula. β Tendo.

L Flexor longus digitorum pedis. αα Origo ejus à tibia. βγ Tendo, β hac parte ductus pone tibiam extremam.

Anatome docet, hunc esse flexorem longum digitorum pedis. Confer musculorum hominis tabulae VII. f in crure. *Tibiaeus* autem *posticus*, pro quo Lancisius habuit, est cui x inscripsi tabula XXXVII: qui quantum dissimilis sit, apparet. Confer musculorum hominis tabulae VIII. II. in crure.

M Tricipitis brachii caput, quod brevis vocatur: cujus α summa origo ab osse humeri. N Tricipitis brachii caput, quod longus vocatur: cujus α origo ab ora scapulae, juxta cervicem. β Filorum carneorum brevis & longi conjunctio. γ Tendo communis, δ insertus vertici olecrani, & ε parte tenuiore pertinens ad olecrani partem priorem, infraque eam ad ulnam.

O Abductor longus pollicis manus, αα oriens ab ulna.

P Extensor minor pollicis manus, αα oriens ab ulna.

Q Abductor digiti minimi manus. α Tendo ejus.

R Trun-

Digitized by Google

R Truncatus tendo extenſoris proprii digiti auricularis.

S Aponeuroſis, quae extenſoris proprii digiti auricularis tendini adjungitur. Oritur ab interoſſeo digiti illius, & ab ejusdem lumbricali.

T Tendo latus; qui fit è tendine extenſoris proprii digiti auricularis, adjunctisque ei ab altera parte aponeuroſi abductoris minimi, ab altera aponeuroſi interoſſei ejusdem, & lumbricalis. Simplex exhibitus, α inſertusque oſſi tertio.

V Teres major. α Origo ab angulo inferiore ſcapulae. β Tendo extremus, quo oſſi humeri inſeritur.

W Tricipitis brachii pars, quae vocatur brachialis externus. α Origo ejus ab oſſe humeri. βββ Hac parte adjungit ſe tendini communi longi & brevis. X Truncatus tendo communis longi & brevis.

Y Tendo extremus communis capitum trium tricipitis brachii. α Hac parte inſertus ſummo olecrani: β hac, priori parti olecrani, infraque eam ipſi ulnae.

Z Radialis externus longior. α Tendo ejus, β hac parte per ſinum radii pertinens, γ hac inſertus capiti ſuperiori oſſis metacarpi indicis.

Γ Abductor indicis manus. α Origo ejus ab oſſe metacarpi pollicis. β Tendo, in quem migrat.

Δ Truncatus tendo communis extenſorum indicis, hoc eſt, indicatoris & portionis extenſoris communis digitorum, ad indicem pertinentis.

Θ Aponeuroſis adjuncta tendini extenſorum indicis, orta ab interoſſeo poſteriore indicis.


Λ Latus tendo per dorſum indicis ductus. Fit è tendine communi extenſorum indicis, adjunctaque ei ab altera parte aponeuroſi interoſſei poſterioris indicis, ab altera communi lumbricalis primi & abductoris indicis. Simplicem exhibet hunc tendinem ad os tertium usque, eique inſertum α.

Quadratum Lanciſius eſſe indicat numeris 44. 23: quod iſchion eſt, ſicuti jam annotatum ad tabulam XXXIV.

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXVI.

Digitized by Google




TAB. XXXVI.

Digitized by Google


218 C

Digitized by Google



TAB. XXXVII.

Digitized by Google



TAB. XXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXVII.

Musculos interiores exhibet.

a:a Complexi una cum biventribus cervicis in unum conjuncti. α Prima origo à processu transverso vertebrae dorsi septimae à lumbis. β Portio, quae adjungitur, oriens à spina unius, aut etiam alterius ex superioribus dorsi vertebris. γ Extremum ossi occipitis insertum. δ, δ, δ Plagae tendineae.

Qui hos sequuntur, varias profecto, ut Galenus scribit, circumscriptiones habent, non tamen illas, quas posteriores anatomici licenter eis attribuentes oratione & pictura delineant; neque enim, ut alias modo taceam, ulla ipsorum portio tendinem, instar musculorum os aperientium in medio producit; neque ea, quae externam sedem occupat b, *proprie circumscriptio dicenda est, quando non minus, quam alii musculi, a vicina parte dividatur.* De motu capitis.

Manifestum mendum in Lancisii explicatione, *transversalem* hic designante numeris his, 15. 34: ut qui designant complexum, quem paulo ante recte indicavit. *Transversalem* autem d designant hi, 15. 35: quem voluisse videtur.

Has δ, δ, δ à Lancisio designari plagas numeris 12. 32, etsi eas non designant, res loquitur ipsa. Anatome autem plagas esse docet, aut partes tendineas integras horum musculorum: non autem *portiones abscissas minimorum tendinum, qui à musculis complexis ad commune membranae carnosae velamentum ea ratione exporrigantur, ut majus robur in colli ad posteriora retractionibus adipiscantur.*

b:b Trachelomastoïdei. α Extremum processui mammillari insertum.

Quanquam numeri 10. 31, & 10. 35, quibus *splenii* designati apud Lancisium, musculos, quibus b:b inscripsi, non designant, sed tantum proxima eis loca; tamen ex re ipsa apparet, eos designari. At splenii non sunt. Nam splenii pars inferior est, cui c inscripsi: superior autem exhibita tabula XXXVI. c. Et splenios non esse, vel ex eo satis apparet, quod illi à spinis vertebrarum incipiunt, indeque complexos extrinsecus ambiunt: non autem, ut hi musculi, & plenius etiam qui idem est, h tabulae XXXIX. figurae 1, à processibus transversis incipiunt, & complexis à latere externo adjecti sunt. Explicat autem eos Eustachius ipse, de motu capitis: portionem (eorum puta, quos complexos appellant) *quae externam sedem occupat*, quae est hic ipse musculus b, trachelomastoïdei nomine à me in historiae musculorum libri III. capite CX. descriptus, *proprie circumscriptionem dicendam* non *esse, quando non minus, quam alii musculi, a vicina parte dividatur.* Confer musculorum hominis tabulae VII. z:z in cervice.

c Splenius colli. α Origo à spinis aliquot dorsi vertebrarum.

Duo (qui caput movent) *a recentioribus anatomicis ante alios descripti, adeo facile scalpello dividuntur, ut non duorum loco, sed potius quatuor habendi sint.* De motu capitis.

Hi numeri 20. 33, quibus *semispinatus* designatus apud Lancisium, designant splenium colli c. Videtur autem voluisse semispinalem sinistrum l, qui infra sequitur. Certe dextrum recte designat.

d Transversalis cervicis. α, α, α, α, α Capita ejus, à processibus transversis dorsi vertebrarum superiorum orientia.

Digitized by Google

e Scalenus posticus. α Origo ejus à costa secunda.

f:f Scaleni medii. α Origo à costa prima. β An varietas, etiam à secunda orientis?

Scalenus primus hic e f, & in figura I. tabulae XXXIX. à Boerhavio indicatus in institutionum §. IↃCXXI. a. At qui vulgo primus vocatur, qui à Cowpero, cujus myotomiam in textu secutus est, is ab illa costae primae parte oritur, quae non longe abest ab ejus extremo cartilagineo: ut i tabulae XXXVIII, & ut exhibui in musculorum hominis tabula III. ΠΣ in collo. Quod sane cum nullo neque hujus XXXVII. tabulae, neque XXXIX. convenit.

g, g, &c. Intercostales externi.

h Longissimus dorsi.

Transversalis in sinistro cervicis latere indicatus apud Lancisium numeris his 15. 31. Circa illum autem locum exstat scalenus, spleniusque colli, ac longissimi dorsi portio. At nullus in hoc latere, *transversalis* nomen cui conveniat, aut qui respondeat transversali d.

i Sacrolumbalis, detractus, & reflexus.

k Commune caput sacrolumbalis longissimique dorsi. α Pars ejus carnea, β hac parte oriens à crista ilium. γ Pars tendinea.

Sacrum, ubi γ inscripsi, esse dicit Lancisius, ut tabula XXXVI. l-α: ubi vide annotationem.

l:l Spinales dorsi.

m m Multifidus spinae.

n Ligamentum, quod à processu transverso extremo lumborum vertebrae quintae pertinet ad costam imam.

Figura videtur ligamenti speciem referre.

o:o Transversi abdominis. α Aponeurosis, β, β, β, β, β oriens à processibus transversis vertebrarum lumborum; γ adhaerensque ad cristam ilium, δ atque ad costam infimam. ε Pars carnea, ζ ζ oriens à crista ilium, η adhaerensque ad costae duodecimae partem osseam, & θ cartilagineam, ι oriensque ab eadem, & κ ab undecima.

p Sphincter externus ani, diductus.

q Haud dubie mucro, in quem sphincter ani externus à parte priore migrat.

r:r Levatores ani. α Origo ab acuto processu ischii. β Hac parte partim inseritur coccygi, partim subjicitur sphincteri ani externo.

s:s Geminorum superiores. α Origo ab acuto processu ischii.

t:t Geminorum inferiores. α Origo à tubere ischii.

u Quadratus femoris, α insertus femori, ad posteriorem partem radicis trochanteris majoris.

w Obturator internus, ibi, ubi oritur, separatus, & in latus reflexus, ut pars ejus interior appareat. α α Ramosa tendinis ex carne principia. β Tendo.

x Tibialis posticus. α α Origo à fibula. β Tendo, γ pertinens hac parte per sinum malleoli interni.

Utique tibialis posticus, non autem *flexor pollicis*, ut in Lancisii explicatione. Flexor pollicis est K tabulae XXXVI: ubi recte explicat. Utrumque ex anatome perspicuum. Conferatur flexor pollicis musculorum hominis in tabula VII. h in crure: & tibialis posticus in eadem tabula Z in crure, & plenius exhibitus in tabula VIII. E in crure. Conferri quoque potest ipsius Eustachii tabula XX, quamvis rudis sit in his: in qua in eodem sinistro crure est flexor longus pollicis H n°. 1, & tibialis posticus F: qui re-

Digitized by Google

respondent, ille musculo K tabulae XXXVI, hic musculo, de quo agitur, x tabulae hujus.

y Peroneus brevis. αα Origo à fibula. β Tendo, γ hac parte pertinens per sinum malleoli externi: δ hac insertus capiti primo ossis metatarsi minimi.

A : A Supraspinati. α Origo à dorso scapulae, juxta oram, quae media inter basem oramque superiorem. β Extremum vertici tuberis magni & inaequabilis, quod in capite superiore ossis humeri est, insertum.

B : B Infraspinati. αα Origo à dorso scapulae, juxta basem. β Tendo, in quem convergunt fila carnea. γ Tendo insertus tuberi inaequabili magno capitis superioris ossis humeri. δ, ε Carneae partes, quae cum tendine ad os humeri pertinent.

C : C Teretes minores. α Tendo, β insertus tuberi inaequabili magno capitis superioris ossis humeri. γ, δ Partes carneae, quae tendinis comites, cum eo inseruntur.

D Teres major. α Origo ejus ab angulo inferiore scapulae.

E E Brachialis internus.

F Radialis externus brevior. α Principium, oriens à condylo minore eodemque priore ossis humeri. β Tendo, γ insertus capiti primo ossis metacarpi medii.

Quum Lancisius ita hic scripserit in explicatione, ut eundem illum *radiaeum externum*, qui in dextro brachio *duplici tendine in metacarpum desinit*, in sinistro *unico tendine in metacarpum desinere*, videri possit voluisse, annotandum esse existimavimus, radiales in utroque brachio esse solere duos; longiorem alterum, alterum breviorem, eosque aut plane distinctos, aut facile distinguendos. Monendumque, separatim exhibitos eos esse: longiorem quidem in tabula XXXVI. Z: breviorem autem in hac, in brachio sinistro, F. Confer musculorum hominis tabulae VII. B & G in brachio dextro.

Album illud spatium inter F & G, supinatorem brevem refert.

G Anconeus. α Origo à condylo priore & eodem minore ossis humeri. β Tendo. γγ Carnea pars ulnae inserta.

H Profundus.

Respondet profundo L brachii sinistri tabulae XXXVIII: sicut totum illud brachium brachio huic respondet. Et discrepat quoque ab ulnari interno dextri brachii tabulae XXIX. 25. Quare Lancisio, *cubitaeum internum* esse dicenti, assentiri nequeo: quamvis tamen non omnino pronum sit, hos duos ab hac parte discernere.

I Radialis externus bicornis. α Origo ab humero. β Tendo, qui mox in duos γ & δ dividitur: quorum alter pertinet ad caput superius ossis metacarpi indicis ε, alter ad medii ζ.

Hic in dextro brachio *anconaeum* numeris designat his 17. 54. Lancisius: qui designant principium radialis externi. Fortasse videbitur voluisse proximum illud spatium. Utcunque sit, non exstat in hoc brachio anconeus: qui, si exstaret, tegeret maximam partem supinatoris brevis, quae hic nuda est.


K Supinator brevis. αα Origo ejus ab ulna.

In manibus quidem aliqui praeterea indicati, sed ita obiter, aut perobscure, ut praeterire eos posse mihi videar, quum praeterea ex aliis tabulis facile intelligantur.

Digitized by Google


222 P

Digitized by Google



TAB. XXXVIII.

Digitized by Google



TAB. XXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXVIII.

Exhibet musculos intimos.

a:a Recti laterales capitis.

Vide annotationem ad b.

b:b Recti interni minores capitis.

Etsi numeri 9. 23, quibus *rectum majorem dextrum* designat Lancisius, rectum hunc internum minorem b non plane designant, illum tamen ipsum voluisse, non est dubium. Ita quoque rectum lateralem dextrum non designant numeri 9. 22, quibus *obliquum*, quem putat, *superiorem* idem Lancisius designat: quem tamen designari, hoc etiam, si necesse, confirmari potest, quod numeri, quibus sinistrum designat, 9. 26, eum omnino designant. Quum vero, postquam hos musculos b & a, a, quos dicit *rectum* esse *majorem dextrum*, & *obliquos superiores*, memorasset, subjiciat, eos, *ut praesentem tabulam abscissos*, (nullus tamen hic loci, qui abscissus dici possit, ut obiter hoc moneam) *ita sequentem integros, & in situ demonstraturam:* & in sequenti illa tabula, postquam dixerat, *observari in figura* 1. *eos praesertim musculos, quos praecedens tabula abscissos solum exhibuerit*, numeret etiam *rectum majorem*, & *obliquum superiorem*; hos b & a in hac XXXVIII. tabula, eosdem esse putasse videtur, atque illos tabulae XXXIX. figurae 1, quibus ibi b & c inscripsi: quorum ille est rectus posticus major capitis b, hic obliquus superior c. Nisi autem musculos, quibus de loquimur, b & a tabulae hujus XXXVIII, rectum esse internum minorem capitis, & lateralem, constaret, neque *abscissos exhiberi*; vel tabulae XLI. figura XIII. id aperte indicaret, in qua musculi Ξ, Ξ, & Λ, Λ omnino sunt b, b, & a, a tabulae hujus XXXVIII.

c Rectus internus major capitis.

d Longus colli.

e f Longus colli. e, f Partes duae, è quibus constat. Quarum altera e ad corpora vertebrarum colli pertinet: f altera ad processus transversos.

g:g Scaleni medii. α Origo à costa prima, principio tendineo.

h:h Trachelomastoïdei cum complexis, obiter.

Hi quum exteriore circumferentiae parte satis respondeant trachelomastoïdeis b, b tabulae XXXVII, & h tabulae XXXIX. figurae 1; & tamen iis aliquanto latiores sint; hic trachelomastoïdeos una cum portionibus complexorum, qui proximi iis iisdem in tabulis sunt, obiter exhibitos esse, possumus suspicari. Ad trachelomastoïdeum autem tabulae XXXIX. figurae 1. h videtur etiam Lancisius hic attendisse, quem videri potest hac in tabula XXXVIII. inter eos ponere, qui in ea *abscissi*, in *sequenti integri, & in situ demonstrentur:* in sequenti autem haud dubie inter eos posuit, *quos praecedens tabula*, haec scilicet XXXVIII, *abscissos solum exhibuerit.* Et quum illum in tabula XXXIX. *splenium* esse putaverit, hos quoque h, h in hac tabula XXXVIII, utpote ei respondentes, *splenios* esse dixit. At quum post scalenorum mediorum superiorem partem trachelomastoïdei sequantur, & post hos demum splenii (capitis puta: nam de spleniis colli, qui ad vertebrarum superiorum colli processus transversos pertinent, intelligi nequit), atque, ut in tabula XXXVII, à posteriore scalenorum illorum

Digitized by Google

parte trachelomastoïdeos positos videmus, ita etiam in hac xxxviii. musculos h, h sequi post eosdem scalenos videamus; trachelomastoïdeos esse censendum, puto, potius, quam splenios. Confer musculorum hominis tabulae iii. Ê.

i Scalenus prior, α oriens à costa prima, principio tendineo.

k, k, &c. Intercostales externi.

l, l, &c. Intercostales interni.

Interiores ad radices costarum non pertingunt. De vena sine pari, antigrammate xviii.

m n, &c. Intercostalium internorum portiones, quae ultra costam proximam sequenti inseruntur n.

o:o Transversi abdominis. α Aponeurosis, β adhaerens ad costam ultimam. Pars carnea adhaeret γ ad costae ultimae partem osseam, & δ cartilagineam. Eadem oritur ε à costa ultima, ζ penultimaque, ac ηη crista ilium.

p:p Quadrati lumborum. αα Origo à crista ilium. ββ Extremum costae ultimae insertum.

q Psoas parvus. α Tendo ejus ad extremum latescens.

rrs:s Psoae magni. s Portio distincta. r Quod psoae praeter portionem illam reliquum est, truncatum. α Tendo.

Ex re ipsa perspicuum est, hanc truncatam musculi partem designari apud Lancisium numeris 42. 22. Eam vero, si comparationem facere cum psoa magno sinistro velis, cognosces, puto, recisam magni partem esse; non autem, ut Lancisio visum, esse *tendinem psoae minoris recisum.* Et plenius etiam illud cognosces, si hoc attendas, psoam parvum in altero latere esse, cui q inscripsi: de quo confer musculorum hominis tabulae iv. r s in lumbis.

u:u Iliaci interni. αα Origo ab amplitudine interna ossis ilium, mox infra cristam.

w:w Pyriformes. αα Origo ab osse sacro.

x:x Obturatores externi. α Principium oriens ab osse pubis.

Pectinaeos Lancisius. At pectinei sunt, quibus Λ, Λ inscripsi tabula xxxiii: à quibus hi tantopere discrepant. Neque pectinei illis, quos *tricipites* appellat, subjacent, ita ut, si pectinei essent hi x, x, subjacerent in hac tabula. Subjacent autem obturatores externi, suntque omnino illi. Confer musculorum hominis tabulae iv. α in trunco.

y Adductor brevis femoris, α oriens ab osse pubis.

zA:zA Adductores magni femorum. z Pars, quae lato extremo femori per longitudinem inserta, α oriens ab osse pubis. A Extremum inferius, quod tendine α, in quem migrat, condylo interno femoris insertum in corporibus invenio.

B:B Peronei breves. αα Origo à fibula. β Tendo.

C Peronei brevis tendo, α insertus capiti primo ossis metatarsi quinti.

D Supraspinatus. α Tendineum extremum, quo affigitur superiori parti tuberis magni inaequabilis, quod est in capite ossis humeri superiore.

E Subscapularis. α Extremum, insertum tuberi inaequabili minori capitis superioris ossis humeri, proximaeque parti trunci.

F Teres major. α Extremum tendineum, quo ossi humeri inseritur.

Lancisius dicit *tendinem* esse *latissimi dorsi.* Respondet tereti majori D tabulae xxxvii. Confer musculorum hominis tabulae iii. z circa scapulam sinistram. Neque latissimi dorsi partem esse, ex his ipsis Eustachii tabulis

Digitized by Google

bulis cognosces, si comparare cum hac figura velis latissimum illum tabulae XXXII. L.

G Brachialis internus. αα Bicorne principium, quo primum oritur ab osse humeri.

H Radialis externus brevior. α Principium, quo oritur à condylo minore ossis humeri.

I Supinator brevis, αα insertus radio.

K Flexor longus pollicis manus. α Hac parte oritur à radio. β Tendo, γ insertus ossi ultimo pollicis.

L Profundus. α, β, γ, δ Tendines, in quos migrat, quatuor, ε, ε, ε, ε inserti ossibus ordinis tertii.

Profundum esse, id tam aperte indicat hoc, quod tendinibus suis ad digitorum ossa ordinis tertii pertinet, ut fugere id Lancisium nequiverit; in cujus explicatione *sublimem* appellatum esse videmus.

M, N, O, P Lumbricales manus.

Q Adductor ossis metacarpi digiti minimi esse videtur, α oriens ab osse cuneiformi carpi.

R Radialis externus, idem, puto, qui I tabulae XXXVII.

SST Flexor longus pollicis manus. T Portio adjuncta ei: quae in aliis occurrit. α Origo à radio. β Tendo primum conspicuus. γ Tendo portionis T, qui adjungitur tendini β mododicto. E quibus tendo communis δ δ, à pollice recisus, & reflexus.

Quaedam hujus cum *palmari*, longo puta, formae similitudo caussa Lancisio fuisse potuit, cur pro illo ipso habuerit. Talem autem flexoris longi pollicis portionem, qualem Eustachius hic exhibet, postea Cowperus quoque frequenter se animadvertisse tradidit in myotomiae reformatae capite XXIX, & exhibuit tabula LIII. 132. A. Talem in nonnullis quoque inveni, memoravique primum in historiae musculorum libri III. capite CLXIX, ac deinde exhibui in musculorum hominis tabula III. Φ in brachio dextro. In ipsa quoque Eustachii icone haud obscure apparet conjuncta esse cum flexore longo pollicis. Discrepat autem à palmari Δ tabulae XXXV.

V Pronator quadratus, αα oriens ab ulna, β insertus radio.

W Abductor digiti minimi manus, α oriens ab osse subrotundo carpi.

X Interosseus digiti auricularis.

Y Interosseus posterior digiti annularis.

Z Interosseus prior digiti annularis.

Γ Interosseus posterior digiti medii.

Hic X Y Z Γ *interosseos internos* Lancisius generatim indicat. Eorum autem duo hi X, Z sunt interni: hi Y, Γ partes duorum, qui externi appellantur.

Δ Interosseus prior digiti medii.

Θ Interosseus posterior indicis.

Λ Interosseus prior indicis.

Ξ Adductor pollicis manus. α Origo ejus ab osse metacarpi medii.

Confer musculorum hominis tabulae IV. s in manu dextra.

ΠΣ Flexor brevis pollicis manus, α oriens ab osse cuneiformi carpi, β capitato, γ multangulo minore, δ majore.

Confer musculorum hominis tabulae IV. l p in manu dextra.

Φ Commune extremum tendineum adductoris pollicis manus, & flexoris brevis. Quod etiam in sinistra manu exhibitum esse videtur, supra M.


Confer musculorum hominis tabulae IV. q in manu dextra.

An *ligamentum* est hoc, quod Lancisius designat numeris 87. 27?

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXIX.

Digitized by Google



TAB. XXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XXXIX.

FIGURA PRIMA.

Exhibet musculos intimos.

Hoc non queo praeterire, ad posteriores aliquos capitis musculos non pertinere Eustachii illa, quae ex epistola de motu capitis Lancisius hic affert: ne quis fortasse parum attentus pertinere putet. Pertinent enim ad rectum internum minorem capitis, & ad rectum lateralem: ubi adjeci in explicatione tabulae XLI. figurae XIII. Ξ & Λ. Ac cum illis tota illa Eustachii descriptio ad verbum ita convenit, ut dubium non relinquat.

a Rectus posticus minor capitis, α oriens ab atlante, β insertus ossi occipitis.

Parvi musculi a prima vertebra in caput recta inserti. De motu capitis.

b Rectus posticus major capitis, α oriens à spina epistrophaei, β insertus ossi occipitis.

Parvi musculi a secunda vertebra in caput recta inserti. De motu capitis.

c Obliquus superior capitis, α oriens à processu transverso atlantis, β insertus ossi occipitis.

Posterior, a capite in primae vertebrae transversum processum insertus. De motu capitis.

d Obliquus inferior capitis, α oriens à spina epistrophaei, β insertus processui transverso atlantis.

Duo parvi musculi, a secundae vertebrae spina in processus transversos primae oblique infixi. De motu capitis.

e Scalenus medius. α Origo à costa prima. β, γ, δ, ε, ζ, η Caudae sex, insertae processibus transversis colli vertebrarum inferiorum sex.

Vide annotationem ad f tabulae XXXVII.

f Spinalis cervicis. α α Principia à processibus transversis superiorum dorsi vertebrarum orientia. β, γ, δ Extrema tria, inserta spinis colli, à dorso β quartae, γ quintae, δ sextae.

g Complexus cum biventre cervicis in unum conjunctus. α α Principia à processibus transversis superiorum dorsi vertebrarum orientia. β β Extremum ossi occipitis insertum. γ, γ, γ Plagae tendineae.

h Trachelomastoïdeus. α α Principia ejus à processibus transversis superiorum duarum dorsi vertebrarum orientia. β Extremum processui mammillari ossis temporis insertum. γ Plaga tendinea.

Perspicuum est, esse eundem, cui b inscripsi tabula XXXVII. Eoque huc quoque pertinent, quae ibi notavi ad probandum, non esse *splenios*; pro quibus Lancisius, ut illos, sic hunc quoque habuit.

i Scalenus medius, α oriens à costa prima.

Vide annotationem ad f tabulae XXXVII.

k Scalenus posticus, α oriens à costa secunda.

Vide annotationem ad f tabulae XXXVII.

l, l, &c. Intercostales externi.

m m : m m Multifidi spinae.

n : n Quadrati lumborum. α Principium oriens à crista ilium. β Extremum insertum costae ultimae.

o, p, q, r, s: o, p, q, r, s Hic intertransversarii lumborum interserti. An accensuit eos quadratis lumborum?

t: t Ligamenta à processibus transversis primae lumborum vertebrae pertinentia ad propinquas partes ossium ilium.

u Infraspinatus, B tabulae XXXVII.

w: w w Supinatores breves. αα Origo ab ulna, β à ligamento articulum radii cum ulna & humero continente. γγ Extremum radio insertum.

x Interosseus prior indicis.

y Interosseus posterior indicis.

z Interosseus prior digiti medii.

A Interosseus posterior digiti medii.

B Interosseus prior digiti annularis.

C Interosseus posterior digiti annularis.

D Interosseus digiti auricularis.

Hic x, y, z, A, B, C, D generatim Lancisius indicat *interosseos internos, qui versus pollicem digitos adducant.* Interni sunt hi, y, B, D: externos quos appellant, hi, x, z, A, C. Inter eos adducunt pollicem versus hi, x, z, B, D: abducunt ab eodem hi, y, A, C.

E An adductor ossis metacarpi digiti minimi?

Quum abductor digiti minimi non à cuneiformi oriatur, sed ab osse subrotundo carpi, ut tabulae XXXVIII. W, & in historia musculorum iconis I. C, & in musculorum hominis tabulae II. ψ in manu dextra; hic autem E oriatur à cuneiformi, à quo adductor metacarpi oritur; suspicari fortasse licet, adductorem illum esse, non autem *abducentem*, ut Lancisio placuit: quamvis tamen rudior ossium carpi figura aliquid dubitationis afferre possit. Confer historiae musculorum iconis II. D, & musculorum hominis tabulae III. U in manu dextra.

FIGURA SECUNDA.

Nervi optici cum globo oculi dextri palpebraque superiore, ac musculis eorum, à parte superiore.

A Cilium.

B Tarsus.

CC Globus oculi.

DD Rectus adductor oculi. α Ejus principium.

E Obliquus superior oculi. α Ejus principium. β Tendo, γ inflexus circum cartilaginem orbiculi sui, indeque δ ad globum pertinens.

Nemo -- Eustachio (Tab. 39. *Fig.* 2. 3. *&* 4.), *qui tendinem* (obliqui *majoris*) *ad trochleam accedentem sane teretem ostenderat, eundem a trochlea ad insertionem se dilatantem aut magis, aut constantius delineavit; ut cum in caeteris de quibus dictum est, rebus ejus diligentiam agnoscam; in hac quoque interdum suspicer, non tendinem modo, sed & vaginam, ipsum a trochlea ad insertionem complectentem, nobis indicare voluisse.* Morgagnus epistola anatomica XVI. §. XXXVI.

F Cartilago orbiculi cantho majori affixi: per quem orbiculum tendo obliqui superioris ducitur.

G Levator palpebrae superioris. α Ejus principium. β Aponeurosis, in quam migrat, γγ pertinens ad tarsum.

H Rectus attollens oculi. α Ejus principium.

I Rectus

Digitized by Google

I Rectus abductor oculi. α Ejus principium. β Tendo extremus, γ ad globum pertinens.
K Nervus opticus dexter.
L Nervus opticus finister, truncatus.
M Continuitas opticorum.
N:O Optici ante continuitatem, truncati.

FIGURA TERTIA.

Dextri oculi globus cum musculis suis, nervoque optico, à parte superiore.
A B Globus oculi. B Cornea.
C C Rectus adductor oculi. α Ejus principium.
D Obliquus superior oculi. α Ejus principium. β Tendo, γ inflexus circum cartilaginem orbiculi sui, post δ ad globum pertinens.
Vide annotationem ad E figurae 11.
E Cartilago orbiculi, qui in cantho majore ossi frontis affixus, sustinet tendinem obliqui superioris.
F Rectus attollens oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum, γγ pertinens ad globum.
G Rectus abductor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum, γ pertinens ad globum.
H Opticus nervus, truncatus.

FIGURA QUARTA.

Dextri oculi globus cum nervo optico, musculisque suis, detracto recto attollente: à parte superiore.
A B Globus oculi. B Cornea.
C C Rectus adductor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum.
D Obliquus superior oculi. α Ejus principium. β Tendo, γ inflexus ad cartilaginem orbiculi sui, post δ ad globum pertinens, ε insertusque ejus superiori parti.
Vide annotationem ad E figurae 11.
E Cartilago orbiculi, qui ossi frontis in cantho majore oculi affixus, sustinet tendinem obliqui superioris.
F F Nervus opticus.
G Rectus abductor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum, γ ad globum pertinens.

FIGURA QUINTA.

Dextri oculi globus cum nervo optico, suisque musculis, à parte inferiore.
A B Globus oculi. B Cornea.
C Rectus abductor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum, γ ad globum pertinens.
D Obliquus inferior oculi. α Principium ejus tendineum, rescissum.
E Rectus depressor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum, γγ ad globum pertinens.
F Rectus adductor oculi. α Ejus principium. β Extremum tendineum.
G Nervus opticus, truncatus.

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google


I




II




III




IV




V




VI




VII




VIII




IX




X



XI




XII



TAB. XXXX.

Digitized by Google



TAB. XXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XL.

FIGURA PRIMA.

Globus oculi dextri hominis, à superiore parte exhibitus.
A Cornea.
B Adnata, una cum vasculis suis, qua parte globo superinducta est.
Nusquam, ni fallor, alibi in his tabulis, nisi hic in adnata, & in retina figura III. IV. V. IX. X. venae arteriaeve simplicibus lineis indicatae sunt. Vascula tamen esse, non videtur dubitandum: quae fortasse ejusmodi lineis indicavit, quoniam obscuriora tantum eorum lineamenta sibi apparuerint.
CC Adnata resecta à palpebris, quas, à globo circumcirca continuata, ex interiore parte vestit.
D Sclerotica.
E Nervus opticus, non longe à globo truncatus.
F Vide D figurae XII.

FIGURA SECUNDA.

Globus oculi à posteriore parte.
AAAA Sclerotica circum opticum resecta, ac deinde quadrifariam incisa usque ad globi medium, reclinatis angulis.
B Opticus, non longe à globo truncatus.
C Vide F figurae I.
Hoc fortasse foramen Boerhavius voluit, quum in institutionum §. ıɔxvı, postquam nervos opticos *porosos* esse scripsit, addit hoc, *a --- Eustach. T.* 40. *F.* 2. 3 II. 12.
D Choroïdes, in eaque vasa.
Lineolae, quae in choroïde apparent, non videntur significare aliud posse, nisi speciem ejus.
In tertiam, & in decimam, conveniunt Boerhavii haec: *ingressa haec medulla* (*medullosam portionem interiorem nervi optici ingredi fundum bulbi oculi* tradiderat) *mox expansa in fundo bulbi sub vitreo, undique assurgens, in ingressu* (*Eust. T.* 40. *F.* 2. II.) *arteriis majoribus, una cum ea expansis, stipatur:* institutionum §. ıɔxxv. Ubi tamen, ut vides, indicata figura II. & XI; in quibus nihil eorum invenitur.

FIGURA TERTIA.

Idem globus, ab eadem parte. Cujus non modo sclerotica eodem modo incisa, & reclinata: sed cum ea etiam choroïdes.
A, A, A, A Scleroticae incisae reclinati anguli.
B, B, B, B Choroïdis incisae anguli, una cum scleroticae angulis reclinati. Ex qua reclinatione choroïdis anguli aliquantum rugosi sunt. In choroïde hac eadem omnino vasa, quae in figura II.
C Nervus opticus, non longe à globo truncatus.
D Vide F figurae I, & C II.
EEE Retina. In qua vasa ex nervo optico venientia.
Quod animadvertisse videtur Galenus, ubi asserit, retinam oculi tunicam ce-

Digitized by Google

cerebro esse similem, quatenus habet venas & arterias ipsum perreptantes, quas sane à cerebro, per intimiorem nervi visorii substantiam trajici, ac inde in retinam oculi tunicam dispensari, tum accurata sectio, tum firma ratio ostendit. De multitudine, capite XXXII. pagina CXLVIII. D.

FIGURA QUARTA.

Idem globus, ab eadem parte. Sclerotica, & choroïdes, eodem modo incisae, & reclinatae: ac praeterea etiam una cum iis retina.

A, A, A, A Anguli reclinati scleroticae incisae.

B, B, B, B B Anguli reclinati incisae choroïdis.

C, C, C, C Anguli reclinati incisae retinae. In quibus vasa, ut figurae III. EEE.

D Optici extremum, uni angulorum retinae adhaerens.

E Vide F figurae I, & C II, & D III.

F Humor vitreus.

FIGURA QUINTA.

Globus idem, à parte eadem, sclerotica, choroide, retina, eodem quoque modo incisis, & reclinatis. Praeterea autem humor vitreus remotus.

A, A, A, A Scleroticae incisae anguli reclinati.

B, B, B, B B Choroïdis incisae anguli reclinati.

C, C, C, C Retinae incisae anguli reclinati.

D Optici extremum, uni ex angulis retinae adhaerens.

E Vide F figurae I, & C II, & D III, & E IV.

FFF Retinae pars anterior, integra, ad humorem crystallinum pertinens.

In retina indicata vasa, quae ab optico per incisae retinae angulos, ac dein per integram partem ejus crystallinum versus ducuntur ramosa. Vide EEE figurae III.

G Humor crystallinus.

Nullus hic *vitreus*, quem Lancisius dicit hanc figuram *posteriori facie, suo in sinu crystallinum excipientem, patefacere.* Vitreum quarta, ipso etiam Lancisio recte interpretante, exhibet: à qua facies hujus quintae tota discrepat.

FIGURA SEXTA.

Globus idem, eodem modo ab eadem parte incisus, & apertus: sed remotis, praeter vitreum, etiam crystallino & retina.

A, A, A, A Anguli reflexi scleroticae incisae.

B, B, B, B Anguli reflexi choroïdis incisae.

CCCDDD Choroïdis pars anterior integra.

Per choroïdis tum incisae angulos, tum integram partem, vasa eadem, quae figura III.

DDD Ligamenta ciliaria.

EE Uvea.

F Pupilla.

Nullus in hac *crystallinus humor*, quem exhiberi Lancisius indicat. Crystallinum exhibet figura V. Haec sexta autem crystallino remoto, ea exhibet, quae ante eum sequuntur, uveam cum pupilla.

FI-

Digitized by Google

FIGURA SEPTIMA.

Globus idem ab eadem parte incisus modo eodem, apertusque: sola autem constans sclerotica cum cornea; remotis in totum humoribus, retinaque ac choroïde.

A, A, A, A Anguli reflexi scleroticae incisae.

BBB Scleroticae pars anterior integra.

C Cornea.

Vitreum non in quarta modo, sed etiam in hac, & in decima, indicat, cujus meritis summa laus debetur, Boerhavius, in institutionum §. IↃXXVIII. Satis autem, ut opinor, apparet, nudam in hac esse scleroticam: apparet certe, esse in angulis reclinatis. Declarat id illa à secunda ad hanc usque series partium aliarum post alias, ut sequuntur, remotarum, donec in hac nuda supersit sclerotica cum cornea. Ostendit praeterea figura ipsa, integram illam rotundam partem, quae pro vitreo fortasse habeatur, non esse vitreum, ut quae non eminet globi instar, ut vitreus in figura IV, in qua recte indicavit: sed concava est, ut ex luminis & umbrae ratione perspicuum est. Quum enim à primo tabulae latere icones hae luminosae sint, globosum corpus à primo illo latere lumen habere debet, ab altero umbram, ut vitreus quoque habet in figura IV: contraria ratione, hoc est, ut in hac VII, pars concava. In decima autem nudam retinam esse, eodem modo declarat series figurarum, ab octava ad hanc decimam, & ab hac ad duodecimam. Declarant vasorum lineamenta eadem, quae in figura III, ubi de retina non videtur dubitari posse. Ac corpus globosum mediam illam rotundam partem non esse, sed concavum, eoque vitreum esse non posse, cognoscimus ex eadem, de qua modo dixi, luminis & umbrae ratione.

FIGURA OCTAVA.

Idem globus, sed à parte priore. Cornea cum sclerotica à medio corneae quadrifariam ad medium globi incisa, atque anguli reflexi. Sic apertus globus à priore parte.

A, A, A, A Reflexi anguli incisae corneae cum sclerotica.

BBB Choroïdes. Cujus pars interior CCC figurae VI.

In choroïde indicata vasa omnino eadem, quae in parte integra CCC figurae VI.

CCC Orbiculus ciliaris. Cujus pars interior DDD figurae VI.

DD Uvea. Cujus pars interior EE figurae VI.

E Pupilla. Quae F figurae VI.

FIGURA NONA.

Idem à priori parte eodem modo incisus, apertusque globus. Cum sclerotica autem etiam choroïdes incisa, & reflexa.

A, A, A, A Anguli reflexi incisae corneae cum sclerotica.

BCD, BCD, BCD, BCD Anguli reflexi incisae choroïdis. B Pars uveae. C Pars ligamentorum ciliarium. D Choroïdes proprio nomine appellata.

EEE Retina. In qua vasa eadem, quae in figura V.

FFF Ligamentorum ciliarium vestigia.
G Humor crystallinus. Cujus pars posterior G figurae v.

FIGURA DECIMA.

Idem globus à priori parte eadem eodem modo incisus, & apertus. Sed cum sclerotica & choroïde retina quoque incisa, & reflexa: ac crystallinus, & vitreus, remoti.

A, A, A, A Reflexi anguli incisae corneae cum sclerotica.
B, B, B, B Reflexi anguli incisae choroïdis.
C, C, C, C Reflexi anguli incisae retinae.
DDD Retinae posterior pars integra. Cujus pars exterior EEE figurae III.
Per retinam vasa indicata: per partem integram eadem, quae per eandem figurae III. EEE.

Hic *vitrei propriam membranulam* indicat Boerhavius, in institutionum §. IↃXXIII. c: & *vitreum* ipsum, §. IↃXXVIII. Vide autem annotationem ad figuram VII. in calce.

FIGURA UNDECIMA.

Idem globus eodem modo ab eadem parte incisus, & apertus. Sed, praeter crystallinum, vitreumque, remota quoque retina.

A, A, A, A Corneae cum sclerotica incisae anguli reflexi.
BCD, BCD, BCD, BCD Choroïdis incisae anguli reflexi, ut figura IX. B Pars uveae. C Pars ligamentorum ciliarium. D Choroïdes proprio nomine appellata.
EEE Choroïdis pars posterior integra. Cujus pars exterior D figurae II.

An *Ruyschiana* sit, quaerit Boerhavius, in institutionum §. IↃXIX. i *An Eustach. T.* 40. *F.* 11. 82½. 74. 24. 31. Est hic certe choroïdes ex interiore parte exhibita: placuitque Ruyschio parti interiori choroïdis Ruyschianae nomen dare. Ex icone autem non apparet, Eustachium aliud, nisi choroïdem ex interiore parte, exhibere voluisse. Certe non apparet, de parte choroïdis interna à choroïde reliqua separanda, ac pro distincta quadam membrana proponenda, cogitasse.

Per partem choroïdis integram eadem vasa, quae per eandem figura II. Per incisam, eadem, quae per eandem integram BBB figurae VIII.
F Choroïdis prima à sclerotica origo.
G Nuda à choroïde sclerotica; in cujus medio foramen: unde retina se explicat, id est, (quod primum edito hoc opere, quoniam nihil de eo Eustachius, non addidi) à foramine medio vena arteriaque; circum illud à foraminulis minutioribus medulla. Vide D figurae XII.

Ad hanc figuram pertinent quoque, quae postremo loco annotavi ad figuram II.

FIGURA DUODECIMA.

Idem globus eodem modo ab eadem parte incisus, & apertus. Sclerotica sola est, remotis humoribus, retina, choroïde.

A, A, A, A Incisae corneae cum sclerotica anguli reflexi.

Digitized by Google

BB Scleroticae pars posterior integra.

CC Per hanc circumferentiam sclerotica eminet, orbiculi instar. Ab eo choroïdes oritur: quod exhibitum figura XI. F.

D Intra orbiculum mododictum CC invenio partem membranaceam tenuiorem, sed tamen firmam: eaque continua scleroticae; cui eam idcirco accensui, D in hac, & G in figura XI. Foraminulorum plena est, cribri angustissimi instar. In ipso autem medio foramen majus habet, exhibitum hac figura D, & figura XI. G. Ad eam totam extrinsecus medulla nervi optici pertinet. Perque minutiora foraminula penetrat. Per medium autem illud majus penetrat arteria venaque, ex optico medio.


Eamque partem membranaceam Boerhavius indicat *medullosam esse portionem interiorem nervi optici, in medio perforatam*, in institutionum §. IↃXXV, b. Dubium enim esse nequit, quin velit partem, cui D in hac, G in undecima inscripsi.

Nonne soluto prius oculo in singulas sui membranas, quod vix animus capere potest, foramen nervi visorii tibi & aliis, vel multis reclamantibus, ante oculos sexcenties exposui? ossium examine. Quod utrum ad partem membranaceam, quae orbiculo continetur, pertineat totam, an ad foramen, quod ejus in medio exhibet, dubitari posse putavi. Pars illa membranacea foraminis speciem praebet: nec, nisi *soluto prius oculo in singulas sui membranas*, cernitur. Foramen ejus medium eodem modo, *soluto prius oculo in singulas sui membranas*, cernitur. Exitus autem est cujusdam veluti canaliculi optici nervi, quo arteriam venamque continet, ad retinam pertinentes. Cernitur canaliculus, quamvis non *soluto prius oculo in singulas sui membranas*, optico per transversum secto, ut exhibuit figura I. F, & II. C, & III. D, & IV. E, & V. E. Potuit, contra, partem membranaceam *nervum visorium* vocare, cujus extremum sit, ex interiore parte oculi cernendum: potuit illius partis foramen medium *foramen* vocare *nervi visorii, quod*, quia minutum, *vix animus capere possit*. Morgagnus tradit tum ad hoc foramen medium figurae hujus XII. D, & XI. G; tum ad illud nervi optici figurarum primarum quinque locum Eustachii pertinere: quem quum attulisset, *in tab.* XL. (*fig.* I. II. III. IV. V. XI. XII.) inquit, *nusquam ejus nervi sectionem, aut finem delineavit, quin illud etiam foramen ostenderit.* Epistola anatomica XVII. §. XLV.

Digitized by Google


236 A

Digitized by Google



TAB. XXXXI.

Digitized by Google



TAB. XXXXI.

Digitized by Google

TABULA XLI.

FIGURA PRIMA.

Exhibet musculos primos post integumenta communia.

A Attollens auriculam. *αα* Principium, ex epicranio nascens.

B Temporalis. *αα* Prima origo à cranio.

Habes in hac figura, inquit Lancisius, *quod animadvertas musculum temporalem, ab autore forte propius ad cranium dissectum, ex unico duntaxat fibrarum carnearum plano sine ullo tendine, & sine illis tendineis divisionibus, quas in tabula* XXXIII. *evidentissime patefecit.* Fortasse tamen caussa quaerenda potius est in rudiore res indicandi ratione, qua frequenter usus Eustachius est: quamvis mirum tamen sit, tendinem indicatum non esse.

C Zygoma.

D Masseter. *αα* Principium ejus, oriens à zygomate.

E:E Frontales. *αα* Principium carnis ex tendine medio epicranii nascentis. *β* Frontalium conjunctio. *γ* Pars per dorsum nasi pertinens.

FF:FF Orbiculares palpebrarum.

G Compressoris naris extremum.

H Levator labii superioris alaeque nasi.

IK Levator labii superioris, duobus capitibus I, K incipiens. *α* Hujus levatoris & levatoris labii superioris alaeque nasi extremum commune.

Lancisius quum *duos pyramidales alarum nasi dilatatores* in hac figura exhiberi tradat, non tantum illum, quem numeri ejus 17. 19. designant, hoc est, I cui inscripsi, indicare videtur; sed etiam, qui ei à parte nasi proximus est, H: nam qui eidem ab altera parte proximus est K, eum *primum, & proprium superius labrum attollentem* esse dicit. Eorum autem, quibus I & H inscripsi, alterum, nempe cui I, potius levatori labii superioris accensemus.

L Zygomaticus minor. *α* Origo ejus ab osse jugali. *β* Pars, quae adjungitur imae orae orbicularis palpebrarum.

M Levator anguli oris.

N Zygomaticus major. *α* Origo ejus ab osse jugali.

O Buccinator.

P Depressor anguli oris. *αα* Principium à maxilla inferiore oriens. *β* Continuatus hac parte zygomatico majori.

Hic in Lancisii explicatione pro *mandibulae* reponendum *labri*, ut velit depressorem labri inferioris, perspicuum est: ad quod etiam attentos nos Winslowus facit, explicatione q. Est autem hic musculus depressor anguli oris, sive, ut vulgo vocant, communis labii utriusque.

QQ:Q Depressores labii inferioris.

RR Orbicularis oris.

S An nasalis labii superioris?

Valde dubito an quidem sit *Cowperianus depressor labri superioris, & alarum nasi constrictor*, ut Santorino placuit: qui scribit, *tab.* XLI. *fig.* I. *fibras ab superioris labri medio, sub iis, quae orbis in modum, utrumque labium circumeunt, versus nasi septum, seu interiora narium sic produci, ut non*

 alium

Digitized by Google

alium velle ostendere videantur, quam labri superioris depressorem, & alarum nasi constrictorem. Id tamen in hujusce musculi delineatione desiderari, quod sicut à nimia Cowperianae figurae, seu fibrarum amplitudine scite declinavit Eustachius: ita in contractiorem lacertum, atque unum dumtaxat, contra, atque ipse observare consueverit, nimio coëgerit: observationum anatomicarum capite I. §. XVIII. Winslowus appellat *le petit muscle de la sous-cloison des narines*, explicatione tabulae CC figurae I. y. Boerhavius sic: *ex anteriore parte maxillae superioris ad medium basios nasi ortus, in medium labium superius dispersus.* Institutionum §. LXII.

T Levator labii superioris.

Caninum Winslowus, explicatione tabulae CC, *o* sinistra. *Caninum*, quem vulgo vocant, non esse, sed levatorem labii superioris, satis, opinor, apparet ex eo, quod ad orbicularem palpebrarum usque pertinet, eumque subit: quum caninum illum ipse Eustachius in figura III, in qua est cui E inscripsi, multo breviorem exhibeat. Et si hunc musculum, cui T in hac prima inscripsi, quaeras in dextra parte hujus faciei, nullum, puto, alium in ea invenias, cui magis respondeat, quam levatori labii superioris.

V Zygomaticus major.

W Depressor anguli oris.

FIGURA SECUNDA.

Simiae, haud dubie.

a b *In illa enim* (simia) *lata oblongaque apophysis a inferiorem partem ossis v literam referentis efformat, quae deorsum adeo producitur, ut instar clypei gutturis cartilagini, quae scuto similis est* b, *obducatur.* Ossium examine.

c Hyothyreoïdeus.

d Sternothyreoïdeus.

FIGURA TERTIA.

Musculos intimos una cum aliquot primis exhibet.

A Temporalis. $\alpha\alpha$ Prima origo à cranio.

B Zygoma.

C Masseter. $\alpha\alpha$ Principium ejus, oriens à zygomate.

D Buccinator.

E Levator anguli oris.

F Compressor naris cum depressore alae nasi, ut videtur, conjunctus in unum. Pars certe per nasum ducta, ad compressorem naris pertinet.

Confer musculorum hominis tabulae I. t in capite, cum tabulae II. F in capite, & cum tabulae III. l m in capite.

G G Orbicularis oris.

H Levator anguli oris sinister esse videtur.

FIGURA QUARTA.

a Temporalis.

b An pars carnea tenuis, oriens à parte interiore membranae tendinosae, qua temporalis extrinsecus vestitus?

Num *tendineus temporalis processus*, ut Lancisio visum?

F I-

Digitized by Google

FIGURA QUINTA.

a Mylohyoïdeus dexter. $\alpha\beta$ Principium ejus, quo à maxilla oritur. $\gamma\delta$ Extremum hyoïdi insertum.
b Geniohyoïdeus sinister. α Principium, quo à maxilla oritur. β Extremum insertum hyoïdi.
c Glandula sublingualis.

Maxillarem internam esse Boerhavius in institutionum §. LXV. Esse autem, quam sublingualem appellant, praeterquam quod Winslowus, anatomicus praestantissimus, mecum consentiat, explicatione k, ipsa docet sedes. Posita enim est contra linguam, ut sublingualis: quum submaxillaris ponatur infra mylohyoïdeum, hoc in latere detractum, ad ostendenda quae supra eum sunt, inter quae sublingualis est.

d:d Styloglossi. α Origo à processu styliformi.
e:e Hyoglossi. Videtur ceratoglossum & basioglossum non distinxisse: quamobrem hyoglossi nomine hic utor.
f:f Ligamenta à processibus styliformibus ad os hyoïdes pertinentia.

Haec, & G figurae VIII, ligamenta referunt potius, quam stylohyoïdeos alteros.

g Processus styliformis.
h Stylopharyngeum refert. α Principium ejus à processu styliformi oriens.
i Stylohyoïdeus. α Extremum ad os hyoïdes pertinens.
k Os hyoïdes.
l l Coracohyoïdeus. α Principium, quo à scapula oritur. β Tendo medius. γ Extremum ossi hyoïdi affixum.
m Sternohyoïdeus. $\alpha\alpha$ Ejus principium. β Extremum affixum ossi hyoïdi.
n n:n Sternothyreoïdei. $\alpha\alpha$ Principium. β Extremum insertum cartilagini thyreoïdeae.

Sinistrum *sternohyoïdaeum* non esse, ut Lancisius existimavit, manifestum est. Nam & è latiori principio insigniter angustatur, contra quam sternohyoïdeus m, quem recte, ut alia, interpretatus est: & cum extremo hyothyreoïdei ad cartilaginem thyreoïdeam convenit, contra quam idem sternohyoïdeus m, qui ad os hyoïdes pertinet: & plane similis est musculo, cui in dextro latere n n inscripsi, qui subjacet sternohyoïdeo m, atque omnino sternothyreoïdeus est. Confer musculorum hominis tabulae III. π in collo.

o Hyothyreoïdeus. α Origo ab osse hyoïde. β Extremum insertum cartilagini thyreoïdeae.
p p Cartilago thyreoïdea.
q Fasciculum quendam è fibris constantem refert, qui ab osse hyoïde ad glandulam thyreoïdeam pertineat.

Non ab re fuerit huc transcribere, quae Morgagnus, anatomicus eximius & consideratus, ad hanc appendicis hujus figuram, simulque ad illam, quam figura VIII. exhibet, annotavit, etiamsi legi apud eum possunt in epistolis, quas cum Valsalvae scriptis evulgavit, opere praeclaro, quo me, qua fuit humanitate, donavit. In epistolae igitur IX. §. XXXIV, quum de appendice glandulae thyreoideae egisset, pergit sic: *Deinde cum illam iterum, tertiumque vidissem; suspicari coepi, num peculiaris esset musculus quo glandula nonnihil versus os hyoïdes cieretur, aut ad ejus motus*

agitaretur, ut eo potissimum tempore suum in aeris, cibive fistulam humorem immitteret. Quid Eustachio id visum esset, qui tanto ante animadverterat; cum ejus tabulae adhuc laterent, tunc ne cogitare quidem poteram. Ex quo autem illae è tenebris tandem erutae sunt; ut ipsi notum fuisse, vidi, ita si certus quidam lineolarum ductus quali in delineandis musculis uti solemus, non chalcographi arbitrio, sed potius ut in geminis ejusdem rei iconismis (tab. cit. (XLI) *fig.* V. *n.* 52. 15. & *fig.* VIII. *n.* 52. 41.) *pariter servatus, constanti auctoris judicio esset tribuendus; haud multum à veri similitudine absuturum credidi qui aliquid ejusmodi Eustachium, censeret, quale tum nobis in mentem venerat, existimasse & colore, & forma inductum tenuis & plani quasi musculi, magis magisque quo magis ascendit, in caudam, ut vocabant, gracilescentis. Sed me ipsa glandulae substantia in illud corpusculum producta eo manifestius, quo interius, secando, utriusque continuatio, & structura patebat, ut glandulae appendicem & crederem, & appellarem, permovit. Tamen cui bono ista appendix facta, & alte adeo producta esset, cogitanti cum quae de musculi usu conjeceram, huc translata, minus satisfacerent; magis placebat suspicari, intra ipsam forte quem frustra alibi quaesiveram, hujus glandulae ductum latere.* &c.

r Glandula thyreoïdea.
s Aspera arteria.

FIGURA SEXTA.

Figuras VI. & VII. *persimiles esse figurae* II, *nisi quod in illis iidem musculi alio in situ observandi proponantur*, Lancisius. Non situ autem musculorum discrepant, sed rebus ipsis: quippe quod aliorum sunt animalium, ostendentibus figuris ipsis.

a Os hyoïdes.
bb Cartilago thyreoïdea.
c Hyothyreoïdeus.
d Sternothyreoïdeus, duabus partibus e, f ad cartilaginem thyreoïdeam pertinens.

FIGURA SEPTIMA.

Vide annotationem ad figuram VI.

Canis, ut videtur.
abcc Os hyoïdes. a Basis. b Cornu. c, c Additamenta, quae cum processibus styliformibus ossium temporum conjunguntur, ex ossiculis aliquot composita.
d Cartilago thyreoïdea.
e Hyothyreoïdeus.
f Musculus in extrema duo divisus: quorum altero g ad thyreoïdeam pertinet, altero h ad hyoïdes.

FIGURA OCTAVA.

A Masseter.
B Processus styliformis.

C Fo-

Digitized by Google

C Foramen, per quod ſinus lateralis meningis craſſae penetrat, poſt in venam jugularem internam migrans.

Vide annotationem ad Y, Y figurae XIII.

D Rectus lateralis capitis. α Origo à proceſſu transverſo atlantis. β Extremum, quo ad cranium pertinet.

E Rectus internus minor capitis. α Origo ab atlante.

F Stylopharyngeus. α Origo à proceſſu ſtyliformi.

G Ligamentum à proceſſu ſtyliformi ad os hyoïdes pertinens.

Hoc certe, quod numeri 44. 41, quibus apud Lanciſium *ſtylopharyngaeus ſiniſter* indicatus, deſignant, potius ligamentum refert, à proceſſu ſtyliformi ad hyoïdes pertinens. Muſculus autem, cui F inſcripſi, ſtylopharyngeo ſimilior. Confirmare poteſt ſtylopharyngeus I figurae XI, ad cujus ſimilitudinem à proceſſu ſtyliformi incipit: quamvis, ut duae hae figurae ſimiles ſint inter ſe poſitu, illi tamen muſculi ductu aliquantum diverſi in iis ſint. Fortaſſe Lanciſius hunc ipſum, cui F in hac VIII. inſcripſi, voluit: quod etiam Winſlowo viſum, explicatione *i*.

H Styloglosſus. α Origo à proceſſu ſtyliformi.

I Ceratogloſſus. αα Origo à cornu oſſis hyoïdis.

K Baſiogloſſus. α Origo à baſi oſſis hyoïdis, & à cornu.

Hic apud Lanciſium in numeris his, 45. 35, & 46. 36, & 45. 37, & 45. 38, videri poteſt erratum eſſe. Nam 45. 35, qui *geniohyoïdaeum rectum*, quem geniohyoïdeum vocamus, deſignent, deſignant non muſculum aliquem, ſed, ante muſculos quoſcunque, maxillam. Sequentes quidem muſculos ab hac parte primos tres deſignant. Nempe 46. 36, qui *baſiogloſſum* deſignent, deſignant primum N, qui eſt mylohyoïdeus. Dein 45. 37, qui *geniohyoïdaeum obliquum*, quem mylohyoïdeum vocamus, deſignent, deſignant ſecundum ab hac parte muſculum M, qui eſt geniohyoïdeus. Poſt 45. 38, qui *baſiogloſſum* deſignent, deſignant tertium ab hac parte muſculum L, qui eſt geniogloſſus. At, qui ſequitur hoc ordine muſculus ab hac parte quartus K, numeris nullis in explicatione deſignatus eſt. Jam vero ſi uno gradu in numeris illis erratum ſit, ſingulisque quidem latitudinem deſignantibus addatur unus, neque primi 45. 35, ut nunc, deſignabunt locum ante muſculos, neque poſtremus muſculus K erit in explicatione omiſſus: ſed erunt muſculi hi omnes N, M, L, K indicati. Quum enim 45. 35, qui *geniohyoïdaeum rectum*, hoc eſt, geniohyoïdeum vocatum à nobis, deſignent, deſignent locum ante muſculos: ſi reponantur 45. 36, (aut potius 46. 36.) deſignabitur muſculus N, qui eſt mylohyoïdeus. Dein, quum 46. 36, qui *baſiogloſſum* deſignent, deſignent muſculum N, qui eſt mylohyoïdeus: ſi reponantur 46. 37, deſignabitur muſculus M, qui eſt geniohyoïdeus. Et quum 45. 37, qui *geniohyoïdeum obliquum*, quem mylohyoïdeum appellamus, deſignent, deſignent muſculum M, qui eſt geniohyoïdeus: ſi reponantur 45. 38, deſignabitur muſculus L, qui eſt geniogloſſus. Quum denique 45. 38. qui *baſiogloſſum* deſignent, deſignent muſculum L, qui eſt geniogloſſus: ſi reponantur 45. 39, deſignabitur baſiogloſſus K. Quod ſi igitur ita, ut dictum eſt, emendes, unus ex his quatuor baſiogloſſus recte explicatus erit: niſi emendes, omnino nullus. Etenim N, ut in textu 46. 36, *baſiogloſſum* eſſe, aut, ex emendatione, 45. 36. vel potius 46. 36, *geniohyoïdaeum rectum*, quem geniohyoïdeum vocamus, quemadmodum Winſlowus quoque Lanciſium velle exiſtimavit explicatione tabulae CC figurae

VIII. *o*: eorum plane neutrum anatome concedere potest. Nequit itidem M *geniohyoidaeum obliquum* esse, hoc est, mylohyoïdeum, 45. 37, ut in textu: aut basioglossum 46. 37, ex emendatione, sicuti etiam Lancisium velle Winslowus existimavit explicatione *l*. Et qui hos duos, N & M, comparabit cum a & b figurae v, fortasse non ita plane obscurum esse animadvertet, esse eosdem, hoc est, M hujus esse b illius, & N hujus esse illius a, sive, quod idem est, M hujus esse geniohyoideum, N autem mylohyoïdeum. Neque concedere anatome potest, L *basioglossum* esse 45. 38, ut in textu; aut mylohyoïdeum, quem vocat *geniohyoïdaeum obliquum*, 45. 38. ex emendatione, sicuti Winslowus quoque Lancisium intellexit explicatione *n*, addens, melius vocari genioglossum. Nam Basioglossus omnino est K: de quo confer musculorum hominis tabulae x. figurae 11. o. Mylohyoïdeus autem ab hoc sinistro latere non exhibitus: qui exhibitus si esset, neque basioglossi, neque styloglossi extrema apparere, ut nunc, possent, ut quae integeret. Superest musculus K, in textu intactus, ex emendatione autem, pro 45. 38. reponendo 45. 39, recte *basioglossus* dictus. Post haec, si mea icon 11. tabulae x. musculorum hominis fide digna sit, poterit illa haec Eustachii illustrari, quamvis positu discrepet. Est enim perspicuum, Eustachianae musculum K esse illius basioglossum o; L esse ejusdem genioglossum q; M geniohyoïdeum r: ne dicam de proximis illis, styloglosso, ceratoglosso, osse hyoïde, maxilla.

L Genioglossus sinister.

Vide annotationem ad K.

M Geniohyoïdeus sinister. α Principium, quo oritur à maxilla. β Extremum, quo ossi hyoïdi inseritur.

Vide annotationem ad K.

Hic, nisi fallor, geniohyoïdeum refert potius, quam, quem Winslowo in explicatione *l* referre visus, genioglossum: eo quod fila ejus à maxilla recta ad os hyoïdes pertinent, ut fila pertinent geniohyoïdei: non autem tanquam radiata forma, & ad illum quidem locum, ubi linguae sedes est; ut pertinent genioglossi fila. Et geniohyoïdeum esse colligi etiam potest ex comparatione figurae XI, in qua musculus, cui B inscripsi, est genioglossus sinister idem, cui L inscripsi in hac VIII: praetereaque, cui A in illa inscripsi, genioglossus, ni fallor, dexter apparet, eo quod remotus est geniohyoïdeus ille, cui M in hac inscripsi octava.

N Mylohyoïdeus dexter, basi ossis hyoïdis insertus.

Vide annotationem ad K.

Assentiri Winslowo nequeo, tanquam portionem basioglossi apparere tradenti in explicatione *o*: quippe quod is à basi hyoïdis juxta cornu oritur, eoque hoc positu hyoïdis dexter (dexter enim esset) cerni ab hac parte nequit. Quoniam vero ei ille, cui M inscripsi, genioglossus visus est, hic, cui N, tanquam basioglossus apparere potuit, ut qui genioglosso illi extrinsecus adjaceat, ut in sinistro latere basioglossus K, genioglosso L. At si is, cui M inscripsi, geniohyoïdeus est, ut ex iis, quae in annotationibus ad K & M attuli, apparere puto, obscurum esse nequit, hunc, de quo quaeritur, cui N inscripsi, potius, quam basioglossum, mylohyoïdeum esse, ut qui geniohyoïdeo extrinsecus adjectus sit: quod convenire in mylohyoïdeum potest, in basioglossum non potest.

O Ossis hyoïdis basis. P Cornu.

Q Con-

Digitized by Google

Q Constrictor medius pharyngis.
R Constrictor inferior pharyngis, αα oriens à cartilagine thyreoïdea.
SS Cartilago thyreoïdea.
T Fasciculus ab osse hyoïde ad glandulam thyreoïdeam pertinens. Vide annotationem ad q figurae v.
V : V V Cricothyreoïdei.
W Cartilago cricoïdea.
X Glandula thyreoïdea.
Y Aspera arteria, truncata. In ea glandulae indicatae.
Z Oesophagus, truncatus.
a Rectus internus major capitis.
b, c, d, e, f, g, h h Processus transversi colli vertebrarum septem.

Vide praeterea quae Morgagnus de hac figura, & de xi, & de iv. & vi. tabulae xlii. solerter tradit in epistola anatomica xi. §. xv.

FIGURA NONA.

Ad epistolam de organis auditus pertinens. tria ossicula. in caverna ossis petrae similis recondita, & musculum motioni eorum praefectum ostendit. Explicatione tabulae vii. figurarum parvarum.

a *Ossiculum incudi simile.*
b *Ossiculum malleum referens.*
c *Ossiculum stapedi vocatae comparatum, a Vesalio praetermissum.*
d *Musculus nemini anatomicorum non incognitus, qui in majorem processum ossiculi malleum referentis inseritur.*

Oritur a substantia ligamentis simili qua parte os, quod cuneum imitatur, cum temporis osse committitur, indeque carneus evadens redditur sensim ad medium usque aliquanto latior; deinde vero angustior effectus tendinem α gracillimum producit, qui in majorem apophysim ossiculi malleo comparati, fere e regione minoris apophysis ejusdem, inseritur β. De auditus organis.

FIGURA DECIMA.

Eadem ab altera parte.

FIGURA UNDECIMA.

A Genioglossus dexter. α Principium, quo oritur à maxilla.

Nullam invenio musculi, cui A inscripsi, cum geniohyoïdeo aliquo, de qua meminit Winslowus in explicatione *a*, similitudinem. Fila enim geniohyoïdei à maxilla recta ad os hyoïdes pertinent: hujus autem musculi A fila à maxilla tanquam radiorum instar in eum ducuntur locum, ubi lingua posita; quemadmodum fila genioglossi. Et quum eadem ratio sit filorum musculi proximi, cui B inscripsi: ex hoc solo satis apparere potest, eum quoque genioglossum esse. Ex quo praeterea satis perspicuum est, *basioglossos* non esse, contra atque in Lancisii explicatione indicatum videmus. Et basioglossus sinister est truncatus ille, cui D inscripsi, idem, cui K figura viii: dexter autem non apparet in hac. Mirum tamen, quum alii

Digitized by Google

atque geniogloffi, effe nequeant, à principio tanto intervallo disjunctos inter fe effe. Et finifter quidem convenit cum finiftro, qui figura VIII. exhibitus, L: dextri autem principium à principio finiftri longius, quam par effe videtur, diftat.

B Geniogloffus finifter. α Principium, quo oritur à maxilla.

Vide annotationem ad A.

C An Lingualis?

Si *ceratogloffus finifter* effet, ut effe Lancifius tradit, ejus principium non poneretur poft principium conftrictoris pharyngis medii L, fed ante illud, ut recte exhibitum eft figura VIII: ubi ceratogloffus ille I pofitus ante principium conftrictoris illius Q. Confer praeterea mufculorum hominis tabulae X. figuram II. Ceratogloffus autem in hac XI. Euftachii eft truncatus ille, cui E infcripfi, illi refpondens, cui I figura VIII.

D Bafiogloffus, truncatus.

E Ceratogloffus, truncatus.

F Stylogloffus, α oriens à proceffu ftyliformi. β Principium alterum, ab angulo maxillae oriens.

β *Ligamentum mufculi ftylo-gloffi* appellat Winflowus, explicatione *k*. Sic apparet, tanquam fi Euftachius voluerit, effe principium alterum ftylogloffi.

G Maffeter.

H Proceffus ftyliformis.

I Stylopharyngeus, α oriens à proceffu ftyliformi.

K Stylohyoïdeus alter, α oriens à proceffu ftyliformi.

Recte quidem Lancifius *ftylohyoïdaeum*. At non verus tamen eft, hoc eft, proprie fic vocatus, qui femper adeft: quippe qui extremo fuo ducitur ante ceratogloffum & bafiogloffum, ut in figura V. i ante e. Sed potius eft ftylohyoïdeus alter, qui in aliis reperitur, extremoque fuo ducitur poft ceratogloffum, hic detractum, ut cujus extremum truncatum E fupra apparet.

L Conftrictor medius pharyngis. αα Origo à cornu offis hyoïdis.

Num hujus pars inferior eft *fyndefmopharyngeus* aliquis? ut Winflowo placere video, in explicatione *m*. Apparet in icone à cornu, ni fallor, hyoïdis oriri: ideoque ceratopharyngei nomen ei quoque conveniret, fi quis à parte fuperiore feparare fortaffe velit, & nomen à parte, à qua oritur, imponere.

M Cornu offis hyoïdis. N Bafis.

O Cartilago thyreoïdea. αα Locus, unde oritur conftrictor inferior pharyngis.

P Commune extremum ftylopharyngei & palatopharyngei. α Pars thyreoïdeae inferta. β Pars in membrana pharyngis evanefcens.

Winflowus effe " portionem inferiorem ftylo-pharyngei, annexam partim thyreoïdeae, & nonnihil cornu offis hyoïdis ", in explicatione *n*. Effe autem commune extremum ftylopharyngei & palatopharyngei, colligere poffumus ex figura VI. tabulae XLII: ubi ftylopharyngeum O, & palatopharyngeum M in commune illud extremum Q, & P, conjunctos exhibet. Atque extremum illud in hac XI. tabulae hujus XLI. videtur inferiori parti cornu offis hyoïdis una lineola adnexum quafi effe, tanquam fi ab eo oriretur. Quod an voluerit Euftachius, & anne potius fcalpturae vitium fit, dubitari fortaffe poffet; quum plures extremi illius lineolas, ante-

tequam constrictorem pharyngis medium attingant, desinere videamus, tanquam si ultra sub eo non ducerentur.

Q Constrictor inferior pharyngis, à cartilagine thyreoïdea & à cricoïdea resectus, & in latus reflexus. $\alpha\beta$ Pars, qua oritur à thyreoïdea. $\beta\gamma$ Pars, qua à cricoïdea.

R Pharyngis membrana nuda.

S:S Cricothyreoïdei. $\alpha\alpha$ Origo à cartilagine cricoïdea. $\beta\beta$ Extremum insertum thyreoïdeae.

T Cartilago cricoïdea.

V Aspera arteria, truncata.

W Oesophagus, truncatus.

X, X, &c. Processus transversi vertebrarum colli.

FIGURA DUODECIMA.

AB Os hyoïdes. A Basis. B Cornu sinistrum.

C Extremum ligamenti, quod à processu styliformi ossis temporis pertinet ad os hyoïdes.

D Cartilago thyreoïdea.

E Hyothyreoïdeus sinister. α Principii pars oriens à basi ossis hyoïdis; β pars, à cornu. $\gamma\gamma$ Extremum cartilagini thyreoïdeae insertum.

F Cartilago cricoïdea.

G Sternothyreoïdeus sinister. $\alpha\alpha$ Principium ejus. β Extremum cartilagini thyreoïdeae insertum. γ Portio ad cornu ossis hyoïdis pertinens, δ eique inserta.

γ *Parvum musculum peculiarem* appellat Winslowus in explicatione *e*.

H Aut processus superior cartilaginis thyreoïdeae, aut ligamentum ab eo ad extremum cornu hyoïdis pertinens, aut utriusque rudis figura.

Anne illud, quod mox supra F apparet, spatium inter cartilaginem cricoïdeam & thyreoïdeam est potius, quam *parvus* quidam *musculus peculiaris*, ut Winslowo potuit videri, in explicatione *f*? Certe figura similis est spatio illi in figura XI. mox supra T: nisi quod ibi juxta cricothyreoïdeum sinistrum S, ob eum ipsum appositum, aliquantum discrepet.

FIGURA DECIMA TERTIA.

Γ Pterygoïdeus internus, α oriens ex sinu pterygoïdeo, β insertusque maxillae.

Δ:Δ Pterygoïdei externi. α Origo ab osse maxillari superiore. β Extremum insertum collo maxillae.

Θ Circumflexus palati. $\alpha\alpha$ Principium, quo ab osse multiformi oritur. β Tendo, inflexus circum hamulum processus pterygoïdei, post truncatus.

Vide annotationem ad F:F tabulae XLII. figurae IV. in fine.

Λ:Λ Recti laterales capitis. α Origo à processu transverso atlantis. β Extremum, insertum ad posteriorem oram foraminis, per quod sinus lateralis penetrat.

Alter musculus praedictis brevior & angustior, magis tamen in principio, quam in fine, oritur parumper nerveus a posteriori & externa sede foraminis sextum nervorum cerebri jugum emittentis, qua scilicet os asperum est & inaequale; deinde obscure latior effectus ad interiora procedens, in anteriorem

Digitized by Google

elatioremque partem transversi processus primae vertebrae desinit. De motu capitis.

Ξ:Ξ Recti interni minores capitis. αα Origo à corpore atlantis. ββ Extremum insertum ossi occipitis.

Prope asperam & inaequalem scissuram occipitis ossi, & alteri petram referenti communem, qua parte nimirum arteriae soporalis gratia hoc perforatum est, eminens quaedam linea oblique ad interiora procedens occurrit, a qua musculus digitalis latitudinis carneum principium sumit, (oriri enim, an inseri hunc musculum dicas, parum nunc refert, dummodo scias, quomodo ad utrumque os pertineat) indeque oblique deorsum ad exteriora procedens, nonnihil angustior & tenuior redditur, ac deinde quibusdam in partibus producto tendine juxta radicem anteriorem transversi processus primae vertebrae, non longe ab insertione alterius, quem modo describam, inseritur. De motu capitis.

Π Rectus internus major capitis. α Extremum ossi occipitis insertum. ββ Portiones, quibus incipit.

Vide annotationem ad Σ:Σ.

Σ:Σ Longi colli. α Pars altera, quae extremis suis pertinet ad corpora vertebrarum colli, β quintae à dorso, γ sextae, δ septimae. ε Pars altera, pertinens ad processus transversos.

Vellem etiam mihi indicarent, quam ob causam musculi stomacho subjecti duorum loco in utroque latere haberi non debeant, neque inter capitis motores reponendi sint? quum & sine ulla difficultate separari possint, & illorum nec brevis, nec angusta portio Π *in occipitis os adeo alte inseratur, ut pene ad lineam transversam, quae id ab alio osse cuneo simili dividit, pertingere videatur.* De motu capitis.

Lancisius, postquam Eustachii locum, quo hos musculos ipse tam clare explicat, recte hic attulit, subjicit haec: *cum iidem* (musculi) *non semper eandem habeant utrinque insertionem; idcirco autor hoc loco demonstrat in dextero occipitis latere inferiorem* (Σ-δ) *in sinistro vero superiorem* (Π-α.). Quae quomodo intelligenda sint, disputare nihil attinet. Utcunque autem velis, hoc certum, in sinistro latere duos esse ostendi; alterum Π, quae illa *portio* est, quam *in os occipitis inseri* scribit, rectus internus capitis major nunc appellatus; alterum Σ, qui mododicto majorem partem subjectus, vocatur longus colli: in dextro autem latere, recto detracto, nudum exhiberi longum Σ.

a:a Maxillae inferioris, in mento dissectae, partes duae in latera reclinatae. Dentes infixi apparent.

b:b Processus coronoïdei maxillae.

c:c Processus condyloïdei maxillae.

d Introitus canalis, in quem arteria venaque ac nervus penetrant.

e Nasi rudis figura.

ff Ossis frontis rudis figura.

g:g Suturae communes ossi frontis cum jugalibus.

h:h Ossa jugalia.

i:i Suturae communes ossibus jugalibus & maxillaribus superioribus.

k:k Suturae ossium maxillarium superiorum propriae.

l:l Exitus canalium, qui per fundum foraminum oculorum pertinent.

m:m Ossa maxillaria superiora. In quibus dentes infixi apparent.

n:n Processus laterales maximi ossis multiformis.

ooo:

Digitized by Google

ooo:oo Offa fquamofa. Quorum cum proceffibus lateralibus maximis offis multiformis communes futurae indicatae.

p:p Offium maxillarium fuperiorum partes ad palatum pertinentes.

q:q Suturae offium maxillarium propriae in palato.

Quae palatum transverfa diffecat linea, non modo in adultis non aboletur, quod tamen novi anatomici, ut Galeno adverfentur, confingunt, verum etiam in illis aperte cernitur, & palatum fupra infraque dirimit. Offium examine.

r Foramen à palato ad nafum pertinens.

s:s Offium maxillarium fuperiorum partes ad feptum narium pertinentes.

t Sutura communis offium maxillarium fuperiorum, ubi in palato funt.

Ea praeterea linea, quae a maxillae fuperioris extremo per totum palatum recta procedit, in fimiis profecto, ut Galenus fcribit, inter duos incifores dentes obfcura eft, & in hominibus evidentiffime cernitur. Offium examine.

u:u Offa palati.

v Sutura communis offium palati.

w:w Suturae communes offibus palati & maxillaribus fuperioribus in palato.

x:xx Suturae partibus offium palati illis, quae infertae extremis proceffibus pterygoïdeis offis multiformis, communes cum proceffibus illis extremis.

y Vomer.

z Sutura, ubi vomer cum multiformi connectitur.

A:A Suturae communes vomeri cum offibus palati in fuperiore parte narium.

B:B Suturae, ubi offa palati cum bafi multiformis connectuntur.

C:C Foramina pofteriora nafi offei.

D Os multiforme.

EF:EF Proceffus pterygoïdei offis multiformis. E Paries exterior. F Hamulus, in quem paries interior definit.

G Conjunctio offis multiformis cum offe occipitis.

H:H Foramina offis multiformis, per quae penetrant tertii rami quinti paris nervorum cerebri.

I:I Foramina, per quae penetrant arteriarum catotidum externarum rami ad meningem craffam.

K:K Extrema partium offearum tubarum Euftachianarum.

A caverna offis lapidei, in quam meatus auditorius, conchion appellatus, finitur, via in narium cavitatem perforata eft; ab illa enim meatus alter oritur rotundo canaliculo fimilis, & inftar tenuioris calami amplus, qui oblique ad anterius interiusque bafis capitis latus procedens, in medio quatuor foraminum totum iftud os penetrat atque perfodit K; *nam pofteriori ipfius fede arteria foporaria calvariam ingreditur* P; *anteriori quartum nervorum cerebri jugum extra ipfam emergit* H; *externum latus arteriae in duram cerebri membranam diftributae aditum patefacit* I; *internum denique fiffura quaedam circumfcribit, quae a cuneum referentis ac lapidei offis extremis partibus, oblique infra & ante ductis, fit* M. De auditus organis.

L:L Rimae inter offa fquamofa & petrofa.

MM:M Connexio offium petroforum cum multiformi.

N:N Offa petrofa.

O:O Connexio offium petroforum cum offe occipitis.

P:P Introitus canalium, per quos arteriae carotides internae nervique intercoftales penetrant.

Digitized by Google

Q:Q Processus styliformes.
R:R Foramina caeca, exitus aquaeductuum Falloppii.
S:S Ossei aurium introitus.
T:T Processus mammillares.
V:V Suturae communes ossibus squamosis cum ossibus verticis.
W:W Ossa verticis.
X:X Additamenta suturae lambdiformis.
Y:Y Foramina, per quae penetrant sinus laterales meningis crassae in venas jugulares internas migrantes.

Penetrant quoque nervi octavi paris cerebri, ipso etiam indicante Eustachio, in loco, quem adjeci ad Λ:Λ. Et praeterea cum iis spinales recurrentes appellati, quos octavo pari accensuit.


ZZZZZ Os occipitis.
1, 2, 3, 4, 5, 6, 7 Colli vertebrae septem, cum ligamentis inter corpora earum intercedentibus. 8, 8, &c. Processus earum transversi.
9, 10: 9, 10 Foramina processuum transversorum, 9:9 atlantis, 10:10 epistrophaei.

FIGURA DECIMA QUARTA.

Larynx cum osse hyoïde & pharynge, atque oesophagi & asperae arteriae principio, à latere sinistro.
a b c d e Ossis hyoïdis additamenta, quae cum apophysi styloïdea conjunguntur. In quibusdam animalibus inveniuntur.
f Os hyoïdes. g Cornu esse videtur.
h Cartilago thyreoïdea.
i Cartilago cricoïdea.
k Asperae arteriae principium.
l Pharynx cum principio oesophagi.
m Musculus à cartilagine cricoïdea oriens, pharyngemque ambiens.
n Musculus ab ossis hyoïdis additamento oriens, pharyngemque ambiens.


T A-

Digitized by Google



TAB. XXXXII.

Digitized by Google



TAB. XXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XLII.

FIGURA PRIMA.

Larynx, cum principio asperae arteriae, à latere sinistro. Cartilaginis thyreoïdeae pars sinistra in priora flexa est, ad patefaciendos musculos, quos tegit.

ABBB Cartilago thyreoïdea, ex interiore parte. A Pars sinistra, BBB dextra.

CD Epiglottis. C Pars gibba, D sinuata.

E Fistulae laryngis pars lateralis membranacea.

F:F Summitates cartilaginum arytaenoïdearum.

GGG Arytaenoïdeus transversus.

H Arytaenoïdeus obliquus dexter, *α* insertus cartilagini arytaenoïdeae sinistrae.

II Arytaenoïdeus obliquus sinister. *α* Origo ejus à basi arytaenoïdeae sinistrae.

K Thyreoarytaenoïdeus sinister. *αα* Origo à cartilagine thyreoïdea. *β* Insertus arytaenoïdeae sinistrae.

L Cricoarytaenoïdeus lateralis sinister. *αα* Oritur à cartilagine cricoïdea. *β* Inseritur basi arytaenoïdeae sinistrae.

M Pars basis cartilaginis arytaenoïdeae sinistrae.

N Cricoarytaenoïdeus posticus sinister. *αα* Oritur à cartilagine cricoïdea. *β* Inseritur basi arytaenoïdeae sinistrae.

O Cartilago cricoïdea.

Juxta musculum cricoarytaenoïdeum posticum N, Winslowus *parvam superficiem articularem lateralem sinistram* notat in explicatione *n*, *cum qua articuletur apophysis inferior cartilaginis thyreoïdae*. Eamque in figura VIII. deesse, ejus in explicatione *c*, monet.

PPPQQR Aspera arteria. P,P,P Annuli cartilaginei primi tres. Q,Q Spatia inter annulos illos media. R Asperae arteriae pars postica, tota membranacea.

De hoc, cui R inscripsi, quod *portionem oesophagi* esse Lancisius dicit; Winslowus jam notavit, *potius videri portionem membranaceam asperae arteriae*. Explicatione tabulae DD figurae I. *m*.

FIGURA SECUNDA.

Larynx à parte posteriore.

A Epiglottidis pars posterior, quae sinuata.

BB Cartilaginis thyreoïdeae pars interior. C:C Processus superiores, qui illigantur ligamentis ad ossis hyoïdis cornua extrema pertinentibus. D:D Processus inferiores, quibus cartilago cricoïdea continetur.

E:E Summitates cartilaginum arytaenoïdearum.

FFFF Arytaenoïdeus transversus.

G Arytaenoïdeus obliquus dexter.

HH Arytaenoïdeus obliquus sinister. *α* Oritur à basi arytaenoïdeae sinistrae.

I Pars basis cartilaginis arytaenoïdeae sinistrae.

K:K Cricoarytaenoïdei postici. *αα* Oritur à cartilagine cricoïdea. *β* Inseritur basi arytaenoïdeae.

L Cartilago cricoïdea.

Digitized by Google

FIGURA TERTIA.

Haec ita respondet Vesalii secundae capitis XXI. libri II. de humani corporis fabrica, ut inde huc translata videatur.

FIGURA QUARTA.

Pharynx à posteriore parte, una cum palato molli & lingua à superiore.

A Lingua, à superiore parte.

Morgagnus, cujus prudentiam ut laudavimus alias, ita hic quoque laudandam ducimus, tametsi linguam hoc esse dicat, movet tamen in epistola anatomica XI. §. XV. suspicionem exhibitae fortasse *palati ossei supernae faciei.* Ac rudior praeterea haec figura suspensos tenere plerosque possit. Quare committendum mihi non fuit, ut, cur linguam potius dixerim, reticerem. Induxit primum luminis & umbrarum ratio. Est enim haec pars ad utrumque latus suum convexa, quum *superna palati ossei facies* ibi sinuata sit: si modo non fallor, qui per eam intelligo illam, quae ad narium fundum pertinet. Convexam hic esse *faciem* apparet, quoniam figura illuminatur à dextro tabulae latere, eoque pars, quae lateri illi proxima est, ut in convexa *facie*, multum luminis habet, altera umbrae: contra atque esse deberet, si sinuata esset *facies.* Deinde, sinus, qui per mediam longitudinem hujus partis pertinet, sinui respondet linguae figurae V. Si autem *superna palati ossei facies* esset, ibi aut eminentis illius suturae, quae in fundo narium est, aut septi, quod ab ea surgit, aliquam saltem, quamvis rudem, notam videretur omissurus non fuisse. Eoque minus, quod, si palatum osseum esset, nudum esset: quippe quod palati mollis ora tanquam abscissa exhibetur CC; certe non tanquam continuata per illam, de qua quaestio est, *faciem.* Et, si etiam tectum esset membranis suis, ibi, ubi septum narium esse deberet, videretur tanquam rescissarum membranarum vestientium oras aliquo fuisse modo indicaturus. In icone autem *facies* haec tota, licet sinum per mediam longitudinem exhibeat, sibi tamen ipsi continuata apparet. Et umbra illa major, quae mox ante oram palati mollis est, magis distare ab ea hoc, quod linguam dico, eoque linguam potius esse, quam palatum, indicare videtur.

B Palati mollis pars superior. CC Ejus, à postica parte ossium palati resecti, ora.

DE: DE Circumflexi palati mollis. D Pars carnea. E Tendo, inflexus circum hamulum processus pterygoïdei.

Lancisium, qui *styloglossos abscissos* esse hos tradit, jam emendavit Winslowus in explicatione *t*, *t*, esse dicens *perystaphylinos externos:* quos in historia musculorum nominavi circumflexos. Emendavit quoque Morgagnus, epistola anatomica VII. §. XXI: qui appellat eos dato à Valsalva nomine *musculorum tubarum novorum.* Scrupulum omnem eximere potest tabulae XLI. figura XIII: in qua dextrum ex iis invenimus Θ, omnino eundem, atque hac ex nota certius ibi cognoscendum, quod tendo ejus circum hamulum processus pterygoïdei flectitur. Neque obstat hoc, quod Winslowus, in explicatione figurae XIII. tabulae XLI. *e*, appellat *salpingo-staphylinum, aut potius ptery-salpingoideum:* in explicatione autem hujus IV. tabulae XLII. *t*, *perystaphylinum externum.* Hoc enim, quicquid est, explicuit ipse in egre-

egregio illo opere, expositione anatomica constructionis corporis humani. In qua, ut rem paullo altius repetam, in tractatu de capite, primum, §. CCCCXCVIII, pura, eaque laudabili, qua solet, simplicitate, describit musculum *spheno-salpingo-staphylinum*, qui *altero extremo ex parte adnexus sit lateri sphenoïdali portionis osseae tubae Eustachii, ex parte portioni molli finitimae tubae ejusdem. Inde procedat alam internam versus* (apparet enim pro *externe* reponendum esse *interne*) *apophysis pterygoïdeae, ubi portio illius musculi adnectat se alae illi; altera portio descendat usque ad extremum alae, inflectat se circum rostellum sive hamulum ejusdem alae, tanquam circum rotulam, posteaque se adnectat valvulae palati circa uvam.* Deinde paragrapho proxima sequente dicit, *habere se portiones illas duas pro duobus musculis distinctis, quorum unus videatur non nisi dilatandae tubae inservire, scilicet portio illa quae sit adnexa apophysi pterygoïdeae, & quae posset appellari pterygo-salpingoïdeus. Alteram portionem esse verum spheno-staphylinum, & posse etiam habita ratione adhaesionis cujusdam ad tubam, appellari spheno-salpingo-staphylinum, aut salpingo-staphylinum externum. Eum illum esse, quem communiter appellent peristaphylinum externum.* Ex quo primum manifeste apparet, *spheno-salpingo-staphylini* nomen in §. CCCCXCVIII. generatim tribuere illi, quem vulgo pterygostaphylinum externum vocant. Quum vero in portiones illas duas dividi animadverterit, pro duobus eas distinctis musculis habere, quorum alter posset *pterygo-salpingoïdeus* appellari: alter proprio sibi magis nomine *spheno-salpingo-staphylini*, qui sit is, qui *communiter appelletur peristaphylinus externus.* Apparet praeterea, musculum, quem dicit *communiter appellari peristaphylinum externum*, alium non esse, nisi quem vulgo pterygostaphylinum externum scriptores vocant, quem ego circumflexum. Ex quo intelligitur, in explicatione tabulae XLII. figurae IV. & VI. *t*, per *perystaphylinum* illum *externum* designare quem vulgo pterygostaphylinum externum appellant. Deinde, quum in §. CCCCXCIX. illum, *quem communiter appellent peristaphylinum externum, posse etiam appellari salpingo-staphylinum externum* tradat; ex eo intelligitur, eum, cui *e* tabulae XLI. figura XIII. inscripsit, *salpingo-staphylinum* esse tradendo in explicatione, eundem illum, quem in explicatione tabula XLII. *peristaphylinum externum* vocat, designare. Neque obstat, puto, hoc, quod in explicatione tabulae XLI. nude appellat *salpingo-staphylinum*, in expositione autem, §. illa CCCCXCIX. *salpingo-staphylinum externum.* Nam *externum* appellat in expositione, ut distinguat ibi ab *interno:* quando scilicet mox, §. 101, *salpingo-staphylini interni* nomen dat illi, quem caeteroquin appellat *petro-salpingo-staphylinum.* In explicatione autem tabulae XLI. vocat *salpingo-staphylinum* nude, fortasse non ita attentus: quod tamen difficultatem creare non potest. Quoniam enim eundem in explicatione tabulae XLII. vocat *perystaphylinum externum*, in expositione autem *peristaphylinum* illum *externum* tradit appellari etiam posse *salpingo-staphylinum externum*, manifestum est, in explicatione tabulae XLI. etiam *externum* illum velle, quamvis *salpingo-staphylinum* vocet nude. Quum igitur *perystaphylinus externus* explicationis tabulae XLII. figurae IV. & VI. *t*, & *salpingo-staphylinus* explicationis tabulae XLI. figurae XIII. *e*, sint unus idemque pterygostaphylinus externus, quem circumflexum appello; perspicuum est, in nomine tantum differentiam esse in explicatione, non in re. Quid autem caussae sit, cur in explicatione tabulae XLI, postquam *salpingo-staphy-*

phylinum esse tradidit, mox addiderit, *aut potius* esse *ptery-salpingoïdeum*, restat expendendum. *Pterygo-salpingoïdeus* quis sit, supra intelleximus ex expositione: nempe esse *spheno-salpingo-staphylini*, quem §. CCCCXCVIII. descripsit, *portionem* illam, quae *adnexa sit apophysi pterygoïdeae*: quam in expositione *pterygo-salpingoïdeum*, in explicatione autem, exigua illa quidem nominis differentia, *ptery-salpingoïdeum* appellat. Illum igitur *potius* esse *ptery-salpingoïdeum* tradit. Quod sic potius videtur intelligendum, ut velit, illum in figura esse locum illius *ptery-salpingoïdei*; quam sic, ut velit, illum ipsum revera exstare in ea: quippe quod in ea nulla musculi pars adnexa apparet processui pterygoïdeo, quin potius ultra eum totus ad hamulum pertinere conspicitur. Haec tamen omnia, quantumvis vera esse putem, judicio viventis (anno CIƆIƆCCXLIII. opus hoc quum primum ederetur) Winslowi, viri clarissimi amicissimique, ac suorum scriptorum interpretis optimi, lubens subjicio.

F:F Levatores palati mollis, *α* extremis suis in palato molli convenientes.

Hic, si in Lancisii explicatione pro 36. 16. reponas 39. 16, quibus Morgagnum quoque uti video in epistola anatomica X. §. IV, hos F F *cephalopharyngaeum* esse voluit: quemadmodum eum Winslowus quoque intellexit, explicatione *g*. Voluisse, id satis etiam apparet ex eo, quod iidem sunt, atque illi, quos simul in figura VI. designat numeris his, 38. 44. Ad quod Eustachii magis illustrandum, nequeo, quin primum afferam, quae Morgagnus prolixe, & pro sua consuetudine eleganter tradidit in modo dicta epistola anatomica X. §. IV. *Expansionem*, (*salpingostaphylinorum* puta) *ante me*, inquit, *exhibere potuisset Eustachius tab.* XLII. *fig.* VI. (*n.* 39. 44.), *nisi hos musculos cum in hac figura, tum in respondente huic* IV. (*n.* 39. 16.), *qua de causa nescio, sic inversos pinxisset, ut ab origine ad finem, non descendere, ut oportebat, sed ascendere videantur. Quae me res; ut verum tibi confitear; vereri interdum cogit, ne in hac forte interpretatione decipiar, praesertim cum viri confirment celeberrimi, non salpingostaphylinos, sed* cephalopharyngaeos *musculos ibi esse delineatos. Attamen ut in his, aliisque ad pharyngem attinentibus Eustachianis iconibus interpretandis, non sine jucunditate animadverto, me plerumque eadem quae illi, sensisse; ita est nonnunquam ubi invitus fatear, mihi aut sententiam aliam, aut aliquam saltem dubitationem & fuisse, & esse, velut hic. Quaero enim primum, num verisimile esse possit, salpingostaphylinum musculum Eustachium ignoravisse, aut cum haberet cognitum, nusquam in tot delineationibus quae ad pharyngem, faucesve spectant, exhibuisse? Certe qui auditoriam tubam, tot jam saecula delitescentem, suis accuratissimis pervestigationibus retexerit, ejusque non osseam partem* inter duos faucium seu gulae musculos, a paucis *ad suum usque tempus* bene cognitos, --- procedere *scripserit* (*de audit. organ.*), *illi non possis incognitum musculum existimare neque minimum, & tubae eidem secundum longitudinem appositum: aut cum satis nosset, cumque huic proximum novum tubae musculum vel quinquies pinxisset* (*tab.* XLI. *fig.* XIII. & *tab.* XLII. *fig.* IV. & VI.), *nunquam hunc alterum delineasse. Atqui, nisi ubi nos suspicamur, ibi pictum agnoscas; nusquam pictum esse, fatendum est. Viris quidem celeberrimis videtur tab.* XLI. *fig.* XIII. *ubi ipsi litterulam e inscripserunt* (*n.* 69. 41.), *ibi musculum ostendi* salpingostaphylinum. *Sed praeterquam quod num eodem nomine eundem quem nos, intelligant musculum, incertum est, & continuo se revocant, subjicientes, ostendi* potius pterysalpingoidaeum; *certe si eum locum in archetypa Eustachii tabula*

bula attentius inspiciamus, & cum sinistro, qui nudus omnino pingitur, internae pterygoidis alae extremo processu comparemus; planum fiet, circum processum dexterum pingi tendinem se se introrsum reflectentem musculi videlicet tubae novi, quemadmodum, de hoc alias (epist. VII. *n.* XXI.) *ad te scribentes, confirmavimus; ut non alium quam hunc, esse illum qui proximus ad posteriora appingitur, musculum, & rei ipsius natura doceat, & figurae commonstrent de quibus paulo ante dicebamus,* IV. & VI. *tab.* XLII. *eundem musculum cum eadem tendinis inflexione, quater exhibentes, ut qui in his vocant, adscripta littera t* pterystaphylinum externum, *in illa quoque haud alio nomine vocare, & quod consequitur, haud alium quam nos, musculum designare ibi debuisse videantur. Igitur ne salpingostaphylinum ab Eustachio nusquam pictum esse, dicamus; reliquum erit, ut in figuris illis* IV. & VI. *sub littera g* (*n.* 39. 16. & 39. 44.) *delineari, existimemus, praesertim cum in utraque sejunctus ostendatur a pharyngis facie posteriore, quod ut cephalopharyngeo, quemadmodum nunc accipiunt, minime; sic maxime convenit salpingostaphylino. Vide enim in* IV. *sub ipso inferiore limbo* (*n.* 40. 16.) *ejus de quo hic quaeritur, musculi, quid lineolae illae obliquae, brevesque significent. Non crassitudinem certe istius musculi (etsi id scalptor fortasse credidit, qui eas in sinistra praesertim iconis parte vel extra pharyngis latus produxit) num eadem crassitudo in eodem musculo cur ad eundem modum in fig.* VI. *non appareret? Credam potius, id Eustachium jussisse, ut a posteriore pharyngis facie eum sejunctum esse musculum, sive id par musculorum, intelligeremus, neque ad illam faciem, sed ad exos palatum, in quo & pinxit, attinere. Nam si minime in hoc pingere, sed huic dumtaxat a se impositum indicare voluisset; non umbrae deerant, quibus in fig.* VI. *secundum artis leges adjunctis, evidenter posset significare. Quod sicui tamen placeat, cephalopharyngaeos ibi esse delineatos; iis minus placere id posse, crederem, quibus* pharyngis fornix, rugaeque hujus fornicis *in eodem iconismo ad num.* 43. 45. *videntur proponi, id est infra gurgulionem, quem praeclare delineatum animadverto ad num.* 42. 45. *Nam supra hunc salpingostaphylinos quidem constat a natura ipsa positos esse; cephalopharyngaeos autem non modo supra pharyngis fornicem, sed tanto superius monstrari, non est verisimile. Ut enim illum fornicem Eustachius simul cum annexa posteriore pharyngis facie tam depressisset, quam satis esset, ut a tergo inspicientibus gurgulio appareret; una tamen hos quoque depressisset musculos qui fornice ipso non sunt altiores. Sed mihi; si id forte quaeris; non ibi fornix repraesentari, verum detractis altioribus ac posterioribus ex iis musculis qui pharyngem complectuntur, pars hujus internae tunicae concidentis, eoque rugosae videtur ostendi. Caeterum etsi propositam ostensi salpingostaphylini paris interpretationem in medio relinquo; non est tamen reticendum, me in ea consentientem invenisse Valsalvam, ut qui in altera adnotavit scheda, eosdem quos dixi musculos pro* salpingostaphylinis, *non pro* cephalopharyngaeis *ab Eustachio esse delineatos. Quod cum adnotavit, illud animadvertere simul potuit, non teretes illos, sed in trianguli modum per molle palatum se se explicantes haud multo aliter quam ipse indicaveram, a tanto anatomico fuisse exhibitos, si modo trianguli vertex non sursum, sed deorsum versus spectaret.* Hactenus Morgagnus. Quem vides dubitanter quidem scribere, sed ita tamen, ut gravia argumenta afferat, cur *salpingostaphylini* videri debeant, & haud difficulter cernas, inclinare ad credendum, non esse alios. Pro iis etiam habuit Santorinus, in observationibus anatomicis

Rrr ca-

capite VII. §. XV. Atque ego quoque & antea habui in historia musculorum, libri III. capite LX, ubi appellavi levatores palati mollis: & nunc etiam eos esse indicavi in explicatione. Quo magis mearum partium hic esse video, supradictum scrupulum, si possim, eximere. Nempe quo minus *salpingostaphylinos* illos esse musculos haud cunctanter dicamus, obstare hoc videtur, quod *ab origine ad finem non descendere, sed ascendere videantur*, ut recte est à Morgagno animadversum. Et fortasse hoc ipsum, quod communis eorum mucro in figura sursum, & tanquam ad caput erectus sit, adduxit Lancisium, Winslowumque, ad existimandum, esse *cephalopharyngaeum.* Atque idem illud suspensum me olim tenuit. Neque enim alii quidem, ac *salpingostaphylini* esse videbantur: & tamen sursum, non deorsum ducti. Itaque aut errasse Eustachium censendum erat, aut, quod potius erat, intelligere me eum male, suspicandum. Postea autem, figuras iterum ac saepius examinans, ac cum corporibus conferens, pharyngem quidem rectam hic exhiberi animadverti; palatum autem molle una cum musculis ad id pertinentibus, (nimirum *salpingostaphylinis* illis, & *musculis tubarum novis*, quos circumflexos palati mollis in historia musculorum nominavi) exhiberi erecta à parte priore, depressa à posteriore. Ut si quis caput ante oculos habeat cum pharyngis parte posteriore palatoque molli ac musculis huc pertinentibus: & pharyngem quidem positu recto consideret, caput autem, unaque cum eo palatum molle ac musculos illos, occipitio in posteriora depresso, facie sursum versus directa: & in totum illo positu capitis, collique, qui est figura XIII. tabulae XLI. Ejusmodi enim positu capitis qui à posteriore parte adspiciet, *salpingostaphylinos* illos non deorsum, sed, ut Eustachius exhibet, sursum ductos videbit. Eoque eos situ una cum palato molli exhibuisse intelligimus etiam ex *musculis tubarum novis.* Eos enim, aeque atque *salpingostaphylinos*, positu capitis recto, à basi cranii non sursum, sed deorsum duci manifestum est, quoad tendo circum hamulum processus pterygoïdei inflectatur. Et in hac tamen IV. figura, & in VI. musculi, quibus D:D inscripsi, (quos *musculos tubarum novos* esse, extra omne dubium est) sursum ducuntur, & ad illum quidem modum, ad quem dexter eorum in tabulae XLI. figurae XIII. Θ, hoc est, capite ut in figura illa posito, facie sursum versus directa, occipitio deorsum. Solaque differentia haec, ut in figura XIII. tabulae XLI. à parte exhibeantur hoc positu capitis priore: in his autem tabulae XLII. IV. & VI. à posteriori. Hoc etiam confirmat lingua quam puto, sive, si velis, *palati ossei superna facies*, A. Ejus enim sive linguae, sive palati ossei, positus ita quoque erectus est, ut positum esse dixi palati mollis. Quae si quidem vera sunt, una tamen alterave difficultas in figuris superest, quarta nempe & sexta tabulae hujus XLII. Prima haec: stylopharyngeorum principium, G-α figurae IV, & O-α figurae VI. altiore in iis in loco positum est, quam principium tum *salpingostaphylinorum* F:F, tum *musculorum tubarum novorum* D:D: & tamen deberet esse inferiore. Oriuntur enim stylopharyngei à radicibus processuum styliformium, quibus Q:Q inscripsi in figura XIII. tabulae XLI: *salpingostaphylini* autem ab ossibus petrosis, ibi ubi desinit pars ossea tubae Eustachianae, hoc est, juxta loca, quibus K eadem in figura inscripsi: & mox juxta eos oriuntur *musculi tubarum novi* Θ-αα in figura eadem. Quae si aut in figura illa, aut in capite etiam ipso, eodem modo posito, considerabis, manifestum erit, infimam inter eas esse stylopharyngeorum originem, contra atque in figura

Digitized by Google

figura IV. & VI. tabulae XLII. exhibitum esse videmus. Altera difficultas haec: in figuris illis, IV. & VI. tabulae XLII, *salpingostaphylinorum* principium etiam pone stylopharyngeos collocatum esse videtur. Et tamen revera distant inter se à principio stylopharyngei magis, quam prima principia *salpingostaphylinorum:* quippe qui, ut dixi, oriuntur è locis K:K figurae XIII. tabulae XLI; quum stylopharyngei à radicibus oriantur processuum styliformium Q:Q figurae ejusdem. Sive autem Eustachius ad illa non ita attenderit, &, ut aliquando in mentem venit suspicari, superiorem iconis partem, ex lingua, palato molli, circumflexis, & levatoribus constantem, ad sequentia minus recte accommodaverit: sive aliud aliquid subsit, dubium esse non potest, quin in tabulae XLII. figura IV. G: G, & in VI. O:O, sint stylopharyngei; in IV. & VI. B sit palatum molle; in iisdem DE:DE sint *musculi tubarum novi*, & ita quidem positi, ut in figura XIII. tabulae XLI. Θ. Et quoniam eo situ capitis etiam *salpingostaphylini* sursum ducuntur, apparet, ni fallor, quo minus illos, de quibus hic quaeritur, quibus F:F in figura IV. & VI. tabulae XLII. inscripsi, *salpingostaphylinos* illos esse credamus, non obstare hoc, quod *adscendant* in figuris illis.

G:G Stylopharyngei. α:α Principia, quibus oriuntur à processibus styliformibus ossium temporum.

H:H Constrictores superiores pharyngis. αβ Extrema, quae in media postica parte pharyngis conveniunt.

I:I Constrictores pharyngis medii. Dexter nudus: sinister tectus inferiore. α Extrema, quibus conveniunt.

A latere exhibuit tabulae XLI. figura XI. L. Ubi exhibuit à cornu ossis hyoïdis orientem.

K Constrictor pharyngis inferior. αα Extremum, quo sinister cum dextro convenit.

Hic mendum aliquod in explicationem Winslowi irrepsisse, ut facile fit, non dubito; ac pro *hyo-crico-pharyngeo* voluisse *thyro-crico-pharyngeum.* Quod tametsi per se satis apparet, monendum tamen duxi, ne quem fortasse moretur.

L Commune extremum stylopharyngei & palatopharyngei, ααα in membrana pharyngis evanescens, & cartilagini thyreoïdeae insertum.

Esse portionem communis illius extremi declarat idem illud extremum Q figurae VI.

M Pharyngis membrana.

N Oesophagus, truncatus.

O Cartilaginis thyreoïdeae processus inferior dexter.

PPP Aspera arteria, truncata.

FIGURA QUINTA.

Lingua cum epiglottide & osse hyoïde, à latere sinistro.

A Lingua.

BC Epiglottis. B Dorsum. C Pars sinuata.

DEFG Os hyoïdes. D Basis. E Cornu sinistrum. F Cornu dextrum. G Additamentum graniforme.

H An fila, quae à radice linguae ad epiglottidis dorsum pertinent? An ligamentum epiglottidis?

Digitized by Google

Confer Morgagni epistolam ad Lancisium, & Santorini observationum anatomicarum capitis VI. §. XVI, & Winslowi explicationem tabulae DD figurae V. *c.*

I Glandulae in dorso radicis linguae.

Numeri 46. 34, *sub* quibus *sinistrum ex lateribus ossis hyoidis ligamentum apparere* indicat Lancisius, designant basem D ossis hyoïdis. Fortasse designare voluit lineolas, quae sunt mox supra principium sinistri cornu hyoïdis: quas Winslowus vocat *ligamentum hyo-epiglotticum sinistrum*, explicatione *d.* Ego in medio relinquere hanc rem malui, quae satis perspicua non apparuit.

FIGURA SEXTA.

Pharynx, una cum palato molli & lingua, ut figura IV.

A Linguae dorsum.

Vide annotationem ad A figurae IV.

BB Palati mollis pars superior. CC Ora ejus à postica parte ossium palati resecti.

DE:DE Circumflexi palati mollis. D Pars carnea. E Tendo, inflexus circum hamulum processus pterygoïdei.

Vide annotationem ad D:D figurae IV.

FF:F Levatores palati mollis, *αα* extremis suis convenientes in palato molli.

Vide annotationem ad F:F figurae IV.

G Uva.

HH Faucium concavum.

III Ora incisae membranae faucium. Supra quam, quicquid membranae faucium in nares pertinet, non exhibitum, quo in fauces inspici ab hac parte possit.

K Membrana faucium, sive pharyngis, nuda.

De hac parte aliquid memoratum in annotatione ad F:F figurae IV.

L Salpingopharyngeus.

Hunc esse salpingopharyngeum, quem in historia musculorum libro III. capite LVII. descripsi, ut olim, scribens historiam illam, existimavi, & in ea indicavi, tum in libri III. capite LVII. & LVIII, tum in libri II. capite III. & XI; ita nunc quoque mihi videtur. Eadem in historia indicavi, *salpingo-pharyngaeum* esse Santorini, observationum anatomicarum capite VII. §. IV. Anteque eum à Drakio, in anthropologiae libri I. capite IX, musculum illum *carneis* illis *fibris*, quae oriantur à *radice cartilaginis excavatae pro meatu a palato ad aurem*, descriptum esse, adducto ibi Drakii illo loco, significavi. Neque, ut ab Eustachio exhibitum non esse sentirem, haec satis me movebant, quae Santorinus tradit, *pharyngis musculorum paris, quod, habita utriusque extremi ratione, salpingo-pharyngaeum dicat, --- Eustachium, --- qui tubae primum notitiam in anatomen invexerit, --- non modo descriptionem, verum ne indicium quidem dedisse.* Ex figura autem salpingopharyngei, quam nunc dedi in tabulis meis anatomicis musculorum hominis, tabulae X. figura XIII. q, judicari poterit, anne ei & Santorini descriptio satis conveniat, & Eustachii figura. Quanquam huic in totum similis non est, & partim differt obliquitate, & eo praesertim, quod illi palatopharyngei orae, qua, per posteriorem eandemque exteriorem interioris membranae pharyngis partem ducta, alter alterum

Digitized by Google

rum ſpectat, ut in Euſtachii figura, non adjungitur: ſed illi parti ejus, quae intra pharyngis lateralem partem eminens, ibi membranam ejus mododictam quodammodo attollit. Ignoramus autem an Euſtachius eum pro ſeparato muſculo habuerit, an potius pro parte palatopharyngei. Ego ſane, quia perexilis eſt, & cum palatopharyngeo conjunctus, quum hiſtoriam muſculorum ſcripſi, deberemne ut ſeparatum à palatopharyngeo proponere dubitavi, qui & alios pharyngis muſculos in tam multos dividendos non eſſe, paullo ante, capite LIV. docuerim, & ab aliis diviſos conjunxerim. Quum tamen ſeparandus eſſe potius videretur, idcirco ejus hiſtoriae, capite LVII. ſubjunxi haec: *erunt fortaſſe, quibus videbitur palatopharyngeo fuiſſe adjungendus: nos autem ſeparavimus ab eo, quod ipſe diu ſeparatus eſt; & ne ejus acceſſione palatopharyngeus intelligeretur difficilius:* nihil caeterum quoque moraturus, ſi quis adjungere ei potius velit. A quibus video Morgagnum non abhorrere: quippe qui in epiſtola anatomica X. §. XVIII. ſcribit, *ſalpingopharyngaeum* (hoc ſcilicet Euſtachii, de quo quaeritur, *ſaſce*) *deſignari*, — *ſi attendas ea quae de ſalpingopharyngaeo ſcribens* (epiſtola XI. n. XLIV), *ex Drakio producturus ſit, fortaſſe* (Euſtachio) *non omnino indignum videri poſſe.* In epiſtola autem illa XI. ex Drakii anthropologiae libri I. capite IX. affert haec: " *eſt in ſuperficie interna faucium alter ordo carnearum fibrarum, qui priorem ad acutum angulum decuſſat. Is naſcitur non ſolum ex lateribus uvulae, ſed pariter ex radice cartilaginis pro meatu a palato ad aurem (h. e. Euſtachiana tuba) excavatae, & oblique ad ſuam in glanduloſa pharyngis membrana inſertionem deſcendit.*" Et addit deinde Morgagnus: *quando tamen quod mihi nondum, id ſaepius, ut video, aliis accidit, ut fibras & tot, & tam conſertas, & ita diſpoſitas invenirent, ut ex ipſis mallent peculiarem muſculum facere; ego quoque in quibus cadaveribus ſic apparebunt, in iis pro muſculo libenter agnoſcam, nemini tamen propterea obſtans, ne arbitrio uſus a Valſalva oblato* (*vid. ep.* X. *n.* VI.), *Drakium, aut alium potius ſequatur, cui forte placeat tenuiores pharyngis muſculos ad paucos majoreſque contrahere.*

Caeterum fieri poſſet, ut cuipiam Euſtachius tale quid, quale Santorinus de muſculi ſtylopharyngei diviſione tradit, exhibere voluiſſe videretur. *Lato* eum *carneo tendineo exortu, ab ſtyloidis radice proficiſci*, Santorinus in obſervationum anatomicarum capite VII. §. VII. ſcribit, & *poſt tres circiter latos digitos, demiſſum ad pharyngis lateralem angulum bifariam dirimi:* quarum partium altera *tenuior & ſuperior* ſit, altera *major.* Earumque *major* videri poſſet apud Euſtachium eſſe muſculus O: *tenuior*, L. Qua in ſententia Winſlowum fuiſſe, qui Euſtachii muſculum, cui L inſcripſi, in explicatione *s parvum* eſſe indicat *ſtylo-pharyngeum Santorini*, fortaſſe quiſpiam ſuſpicetur: atque eo quidem magis, quod Lanciſio, muſculum, cui O inſcripſi, *ſtylopharyngaeum* eſſe tradenti, tacite videtur aſſentiri. Ejusmodi autem interpretationem aſſenſu noſtro comprobare facilius poſſemus, niſi haud mediocre illud intervallum inter muſculum L atque O interjectum apud Euſtachium videremus, tanta intercedente palatopharyngei M latitudine: quum tamen *tenuiorem* illam ſtylopharyngei partem, de qua meminit Santorinus, partem *majorem* toto ductu proxime inveniamus comitari. Vide muſculorum hominis tabulae X. figuram XI.

MN : MN Palatopharyngei. N Pars ex palato molli veniens, truncata.

Sane quum ab omnibus, à quibus receſſi, invitus receſſi, tum ab illis praecipue, qui vivi, ac ſpirantes, rem anatomicam mirifice ornant, ſuo-

que merito in oculis omnium sunt, & in summo apud me honore. Maximae tamen hoc mihi voluptati est, quod, quandoquidem facere cum his in rebus omnibus nequivi, non nisi de paucis, aliter atque existimarunt, sentire coactus sim. A quibus, atque etiam ab aliis quibuscunque, si de iis, quae excidere mihi quoque potuerunt, monebor, & publicae, & meae etiam utilitatis caussa vehementer gaudebo, gratiasque iis habebo, agamque. Inter ea autem, de quibus facere non possum, ut idem sentiam, illud denique esse video, quod hunc, cui M inscripsi, *petro-pharyngeum* esse Winslowus existimavit, in explicatione *r*: qui aliquid caussae procul dubio habuit, cur existimavit. Mihi autem anatome illum esse ostendere visa est, quem palatopharyngeum nominavi in historia musculorum: eoque, ut olim in historia illa eum esse indicavi, sic nunc quoque non possum, quin idem affirmem. Confer Morgagni epistolam anatomicam x. §. XVIII.

O:O Stylopharyngei. *α* Principium, à processu styliformi oriens.

P Commune extremum stylopharyngei, palatopharyngei, salpingopharyngei. *ααα* Partim cum illo, quod altero in latere est, convenit, partim evanescit in inferiore parte membranae pharyngis, *β* partim cartilagini thyreoïdeae inseritur.

Q Commune extremum stylopharyngei & palatopharyngei. *ααα* Convenit cum illo, quod in altero latere est; perque inferiorem partem membranae pharyngis evanescit, *β* ac cartilagini thyreoïdeae inseritur.

R R R Cartilago thyreoïdea. S:S Ejus processus inferiores.

T Pharyngis membrana nuda.

V Oesophagus, truncatus.

W W W Aspera arteria, truncata.

FIGURA SEPTIMA.

Cartilago cricoïdea à parte priore.

a:a Capitula, quibus cartilagines arytaenoïdeae mobilibus insident articulis.

b Pars interior.

FIGURA OCTAVA.

Cartilago cricoïdea à latere dextro.

FIGURA NONA.

Compositae cartilagines laryngis, à latere dextro.

a Epiglottis.

b c c d Cartilago thyreoïdea. c:c Processus superiores. d Processus inferior, cricoïdeam comprehendens.

e Cartilago cricoïdea.

A priori parte inter cartilaginem thyreoïdeam & cricoïdeam videri alicui posset indicatum esse ligamentum, quo colligatae inter se.

F I-

Digitized by Google

FIGURA DECIMA.

Cartilago cricoïdea, à parte posteriore.
a: a Capitula, quibus cartilagines arytaenoïdeae mobilibus articulis insident.
b: b Sinuatae partes, à quibus cricoarytaenoïdei postici oriuntur. Inter quas eminet c.

FIGURA UNDECIMA.

Laryngis mediae per longitudinem aequaliter dissectae pars dimidia dextra, ex interiore parte exhibita.
a a b c Cartilago thyreoïdea. b Processus superior. c Hac parte secta est.
d e e Cartilago cricoïdea. e, e His partibus secta.
f Epiglottis.
g g Membrana, è qua latera fistulae laryngis, & glottidis.
h Cartilago arytaenoïdea, membrana mododicta vestita.
i Ventriculus laryngis dexter.


FIGURA DUODECIMA.

Cartilago arytaenoïdea.

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXXIII.

Digitized by Google



Digitized by Google

TABULA XLIII.

FIGURA PRIMA.

Sceletus à parte priore.
a a a Os frontis.
b Sutura coronalis.
c Os verticis dextrum.
d Sutura ſquamoſa.
e f g Os temporis dextrum. e Os ſquamoſum. f Proceſſus mammillaris. g Proceſſus zygomaticus.
h Proceſſus lateralis maximus oſſis multiformis.
i : i i Oſſa jugalia.
k : k Proceſſuum lateralium oſſis multiformis partes, quae ad foramina oculorum pertinent.
l Proceſſus tenuis oſſis multiformis. In eoque foramen, per quod nervus opticus penetrat, arteriaque à carotide interna ad oculum pertinens.
m Os planum.
n Os unguis.
o Oſſis maxillaris ſuperioris pars ad fundum foraminis oculi pertinens.
In foramine oculi dextri indicata quoque foramina, ſed obſcure: quae planiora in figura I. tabulae XLVI.
p Os naſi.
q r Septum narium. q Interſtitium oſſis cribriformis. r Vomer.
s An indicatum os ſpongioſum inferius ſiniſtrum?
t : t Oſſa maxillaria ſuperiora.
u Proceſſus pterygoïdeus dexter oſſis multiformis.
Suturae exiliores melius & facilius cognoſcentur ex figura I. tabulae XLVI.
v Maxilla inferior.
Dentes in utraque maxilla ſatis apparent.
w, x, y, z, α Colli vertebrae inferiores quinque.
β γ : δ ε ε Dorſi vertebrae ſuperiores duae. γ, ε, ε Proceſſus transverſi.
ζ η θ ι κ λ μ Sternum. ζ Os ſuperius. η, θ, ι, κ oſſa quatuor, quae adultiori aetate confluunt in os unum, ſterni medium. λ Os cartilaginis mucronatae. μ Cartilago mucronata.
ν ν, ξ, ο Dorſi vertebrae inferiores tres.
π, ρ, σ, ς, ς Lumborum vertebrae quinque.
υ Ligamentum, quod inter corpus primae lumborum primaeque ſacri intercedit, eaque connectit inter ſe. Cujusmodi quoque inter corpora reliquarum vertebrarum.
φ Os ſacrum.
Quinque particulas, & quatuor utrimque abſoluta foramina magna ex parte in hominibus habere ſolet. Oſſium examine.
χ χ ψ : χ χ ψ Coſtae primae. ψ Extremum cartilagineum.
ω ω Γ : ω ω Γ Coſtae ſecundae. Γ Extremum cartilagineum.
Δ Δ Δ Θ : Δ Δ Δ Θ Coſtae tertiae. Θ Extremum cartilagineum.
Λ Λ Λ Ξ : Λ Λ Λ Ξ Coſtae quartae. Ξ Extremum cartilagineum.
Π Π Π Π Σ : Π Π Π Π Σ Coſtae quintae. Σ Extremum cartilagineum.

ΦΦΦΦΨ:ΦΦΦΦΨ Coſtae ſextae. Ψ Extremum cartilagineum.
ΩΩΩAA:ΩΩΩAA Coſtae ſeptimae. AA Extremum cartilagineum.
BBBCC:BBBCC Coſtae octavae. CC Extremum cartilagineum.
DDDEE:DDDEE Coſtae nonae. EE Extremum cartilagineum.
F,&c. Lateſcentia, inque unum confluentia extrema cartilaginea harum coſtarum.

In ſuis picturis oſcitanter praetermittunt contextum illum elegantiſſimum, quem in hominibus, non autem in ſimiis ſpuriarum coſtarum *cartilagines invicem efficiunt, quemque Galenus nobis innuit, quando ſpuriarum coſtarum cartilagines invicem, & cum ſepto transverſo connaſci docuit:* oſſium examine. Quem contextum, quemadmodum invenire ſolitus ſim, expreſſi in ſceleti hominis tabula 1.

GGGGH:GGGGH Coſtae decimae. H Extremum cartilagineum.
IIIIIK:IIIIIK Coſtae undecimae. K Extremum cartilagineum.
LLLM:LLLM Coſtae duodecimae. M Extremum cartilagineum.
N:N Claviculae.

Cerni connexiones claviculae cum ſuperiore, ac laterali ſinu ſterni, & cum ſuperiore ſcapulae proceſſu, utrobique media cartilagine, Lanciſius tradit. *Cerni* ipſas etiam cartilagines voluerit, nec ne voluerit, non ita perſpicuum eſt. In icone non apparent.

OOOOPQ:OOOOPQ Scapulae. P Proceſſus coracoïdeus. Q Proceſſus ſuperior.

RSTVWXYZ 123:RSTVWZ 123 Oſſa humerorum. RS Epiphyſis ſuperior. R Caput cum ſcapula commiſſum. S Capitis ſuperioris tuber inaequabile majus. T Ejusdem minus. V Sinus, per quem ducitur tendo capitis longioris bicipitis brachii. X Sinus, per quem recipitur caput ſuperius radii, quo tempore cubitus inſigniter flectitur. Y Sinus, per quem recipitur ulnae caput ſuperius, quo tempore cubitus admodum flectitur. Z Rotula, cum qua ulna committitur. 1 Caput, cum quo radius committitur. 2 Condylus minor, 3 major.

456:556 Ulnae. 4 Pars, cui brachialis internus inſeritur. 6 Epiphyſis, continens capitulum inferius, & proceſſum ſtyloïdem.

78910:7910 Radii. 7 Capitulum, quo cum humero & ulna committitur. 8 Tuberculum, ad cujus partem poſteriorem deſinit tendo bicipitis brachii: ad priorem inflectitur, quo tempore manum convertimus in pronum. 10 Epiphyſis inferior.

11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18 : 11, 12, 13, 15, 16, 17, 18 Carpi. 11. Os naviculare. 12 Lunatum. 13 Triquetrum. 14 Subrotundum. 15 Cuneiforme. 16 Capitatum. 17 Multangulum minus. 18 Multangulum majus.

19:19 Pollicum oſſa metacarpi.
20:20 Oſſa prima pollicum manuum.
21:21 Oſſa ultima pollicum manuum.
22 Os ſeſamoïdeum, appoſitum ad articulum pollicis cum metacarpo ſuo.
23, 23, 23, 23 : 23, 23, 23, 23 Metacarpi. 24 Epiphyſis inferior: quae itidem in reliquis.
25, 25, 25, 25 : 25, 25, 25, 25 Digitorum oſſa primi ordinis.
26, 26, 26, 26 : 26, 26, 26, 26 Digitorum oſſa ſecundi ordinis.
27, 27, 27, 27 : 27, 27, 27, 27 Digitorum oſſa tertii ordinis.
28, 29, 30, 31, 32, 33, 34 : 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34 Oſſa coxarum. 28 29 30 Os ilium: cujus 29 criſta, 30 tuberculum, à quo rectus cruris oritur. 31 32 Iſchion: cujus 32 tuber. 33 Os pubis. 34 Foramen magnum.

Digitized by Google

35 Synchondrosis ossium pubis.
36:36 Ligamenta, quibus perficiuntur orae acetabulorum.
37 38 39 40 41 42 43:37 38 39 40 41 42 43 Ossa femorum. 37 Epiphysis superior, quae est caput cum acetabulo commissum. 38 Collum. 39 Trochanter major. 40 Trochanter minor. 42 Condylus exterior. 43 Condylus interior.
44:44 Patellae.
45 46 47 48 49:45 46 47 48 49 Tibiae. 45 Epiphysis superior indicata ab hac parte. 46 Tuberculum, ad quod ligamentum à patella pertinet: sive potius, ad mentem, ut videtur, Eustachii, pars tendinis communis extensorum genu. 48 49 Epiphysis inferior. 49 Malleolus internus.
50 51 51:50 51 52 Fibulae. 50 Epiphysis superior. 52 Epiphysis inferior.
53, 54, 55, 56, 57, 58, 60:53, 54, 54, 56, 57, 58, 59, 60 Tarsi. 53 Talus. 54 55 Calcaneus: cujus 55 eminentia, qua cervix tali sustinetur. 56 Naviculare. 57 Cuneiforme majus. 58 Cuneiforme minus. 59 Cuneiforme medium. 60 Cubiforme.

Numeri 85. 23, quibus os *naviculare* designatum Lancisii in explicatione, designant cuneiforme magnum, 57 pedis dextri: at juxta naviculare tamen, ut aberrare numeros censeri possit.

Iisdem illis numeris, 85. 23, quos modo dixi cuneiforme magnum designare, *cuboïdes* in eadem explicatione designatum. *Cuboïdes* autem hoc in pede dextro est, cui 60 inscripsi.

61, 61, 61, 61, 61:61, 61, 62 Metatarsi. 62 Digiti minimi.
63, 63, 63, 63, 63:63, 63, 63 Ossa primi ordinis pollicum pedum, ac digitorum parvorum.
64:64, &c. Ossa secundi ordinis digitorum parvorum pedum.
65, 65, 65, 65, 65:65, 65, 65 Ossa ultima pollicum pedum, eademque, hoc est, ordinis tertii, digitorum parvorum.

FIGURA SECUNDA.

Secunda & tertia exhibent partes duas ossis temporis dextri, per longitudinem ossis petrosi bifariam dissecti. Secunda autem exhibet partium illarum inferiorem, à superiore parte: tertia superiorem, ab inferiore.

a Porus acusticus.

Hic, a, l, videtur permutatio facta fuisse numerorum in Lancisii explicatione. Nam numeri hi, 72. 13, quibus *processus mastoïdaeus* designatus, designant *meatum auditorium* a: hi vero, 72. 16, quibus designatus *meatus auditorius*, designant *processum mastoïdaeum* l.

b Tympanum.
c Videtur esse cochlea dissecta.
d Vestibulum.
e Ostium canalis semicircularis inferioris ejusdemque majoris, in vestibulum patens.
f Sectio canalis semicircularis ejusdem.
g Sectio aquaeductus Falloppii.
h h Cavernulae processus mammillaris.
i i Squama, quae processui styliformi ossis temporis assidet.
k Processus styliformis ossis temporis.

Quoniam extremus hic mucro à squama, quae processui styliformi assi-

 det,

det, totus distinctus apparet, is potius ad processum styliformem pertinere visus, quam eminentia, quam Lancisius numeris 69. 13. *principium processus styloïdis* esse designat: utpote quae ex parte quidem distincta est, non autem ad radicem suam, non, ut styliformis est: nisi minus curiosus hic Eustachius fuerit. Utrumvis autem verum sit, non magnopere contendo, praesertim quum inter secundarias iconis partes haec habenda esse videatur.

l Processus mammillaris.

Vide annotationem ad a.

m n Ossis mammillaris, m pars exterior, n interior.

o Locus canalis communis in osse petroso, excipientis nervos acusticos, portionem mollem & duram.

FIGURA TERTIA.

Vide annotationem ad secundam.

Egregie Morgagnus epistola anatomica XII. §. XXIX.

a Porus acusticus.

b Tympanum.

c Processus mammillaris pars interior, eaque cavernulosa.

d Vestibulum cum e cochlea.

Circa hunc b e d locum invenio tympani & labyrinthi partes, ubi *porositates ossis petrosi* in Lancisii explicatione designatae numeris 72. 50.

f Sectio aquaeductus Falloppii.

g Sectio canalis semicircularis inferioris ejusdemque majoris. Eadem, quae f figurae II.

h Canalis communis ossis petrosi, per quem nervi acustici, portio mollis & dura, ad interiora auris penetrant.

i Extremi canalis mododicti pars ad cochleam & vestibulum pertinens: ad quam partem portio mollis pertinet.

k Extremi canalis ejusdem pars, ad quam portio dura pertinet. Quae portio deinde penetrat per foramen, quo pars haec extrema canalis perforata est.

l Eminentia intermedia.

Quintum nervorum cerebri jugum ex duobus tantum nervis, ut alii arbitrantur, minime constat, sed duas utrimque propagines inaequales habet, quarum major secundum longitudinem, instar semicirculi, eleganter excavatur, minoremque, quod alios fugit, amice suscipit & amplectitur, eoque modo ambae simul junctae oblique in anteriorem & exteriorem partem, usque ad extremum sinus h *in osse petrae simili earum gratia exsculpti, procedunt; ubi minor propago a majore recedens, parvum foramen*, juxta k, *sibi paratum invenit, & ingreditur, mireque admodum flexuoso incessu, de quo nunc loqui non est opportunum, extra calvariam elabitur; major autem propago videtur in portiones parum invicem distantes terminari, ex quibus praecipua exiguo foramine, in cochleatum os pervio, obducitur: sed num instar operculi eidem tantum incumbat; an vero alte penetret, & in spiras ejus ossis convolvatur, propter difficultatem administrationis, certo explorare adhuc non potui.* De auditus organis.

m Canalis, per quem penetrat arteria carotis interna, cum nervi intercostalis ramis duobus o, π figurae II. tabulae XVIII.

n Tuberculum, & o sinus, pro articulo maxillae inferioris.


p Processus zygomaticus.

q Os squamosum.

TA-

Digitized by Google


Digitized by Google



TAB. XXXXIV.

Digitized by Google

264 B



TAB. XXXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XLIV.

FIGURA PRIMA.

Sceletus à parte posteriore.
a:a Ossa verticis.
b Sutura sagittalis.
c Os occipitis.
dd Sutura lambdiformis.
e Additamentum suturae lambdiformis. Juxta foramen est in osse temporis.
fgh Os temporis. f Processus mammillaris. g Processus zygomaticus. h Os squamosum.
i Sutura squamosa.
k Sutura coronalis.
l Os frontis.
m Processus lateralis maximus ossis multiformis.
nn Os jugale.
oo Os maxillare superius.

Suturae exiliores melius cognoscentur ex figura III. tabulae XLVI.

pp Maxilla inferior. Cujus partes melius cognoscentur ex figura V. tabulae XLVII.
qrstt Atlas. r s Pars corporis sinistra, cum qua r à superiore parte processus coronoïdeus ossis occipitis committitur: s ab inferiore, corporis epistrophaei pars sinistra. t, t Processus transversi.
uvvww Epistrophaeus. u Spina. v, v Processus obliqui inferiores. w, w Processus transversi. Ex hac facile intelliguntur sequentium colli partes.
x, y, z, α, β Colli vertebrae: x quinta, y quarta, z tertia, α secunda, β prima.
γδδεε Dorsi vertebra duodecima. γ Spina. δ, δ Processus transversi. ε, ε Processus obliqui inferiores. Ex hac reliquarum dorsi partes intelligentur.
ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π Dorsi vertebrae: ζ undecima, η decima, θ nona, ι octava, κ septima, λ sexta, μ quinta, ν quarta, ξ tertia, ο secunda, π prima.
ρρσστυυ Lumborum vertebra quinta. ρ, ρ Processus obliqui superiores. σ, σ Processus transversi. τ Spina. υ, υ Processus obliqui inferiores. Ex hac lumborum reliquarum partes intelligentur.
φ, χ, ψ, ω Lumborum vertebrae: φ quarta, χ tertia, ψ secunda, ω prima.
ΓΔΔΘΘΛA Os sacrum. Γ Spinae ejus tres. Δ, Δ Processus obliqui superiores. Θ:Θ Foramina posteriora, ab utroque latere quatuor. Λ Hiatus, in quem canalis ossis sacri desinit. A Processus obliqui inferiores, à latere hiatus mododicti.

Quinque particulas, & quatuor utrimque absoluta foramina magna ex parte in hominibus habere solet. Ossium examine.

B Coccygis ossicula quatuor.
CC: CC: &c. Costae cum extremis suis cartilagineis: CC:CC primae, DD:DD secundae, EE:EE tertiae, FFF:FFF quartae, GGG:GGG quintae, HHH:HHH sextae, II:II septimae, KK:KK octavae, LL:LL nonae, MM:MM decimae, N:N undecimae, O:O duodecimae.

Digitized by Google

PQRSTU:PQRSTU Scapulae. Q Spina. R S Processus superior. S Epiphysis. T Processus coracoïdeus. U Cervix.

Os S, quod Eudemus, teste Ruffo, acromion appellat, perexiguum est, & claviculae scapulam connectit, spinaeque ejusdem scapulae a calumniatoribus creditur esse appendix, in pueris exactissima profecto cartilago est, quae licet procedente aetate ossea evadat, nihilominus, ut fere semper observo, usque ad decimum octavum annum, contra morem caeterorum ossium, multum ejus substantiae retinet, & nunquam cum scapulae ipsius spina adeo connascitur, ut in media aetate parva occasione, quemadmodum Galeno in palaestra contigit, luxari non possit. Ossium examine.

V W X X Y Z : V W Y Z Ossa humerorum. V Caput superius. X X Epiphysis inferior. Y Condylus major, Z minor.

1 2 3 : 1 2 3 Ulnae. 1 Olecranon. 3 Epiphysis inferior: in qua capitulum, & processus styloïdes.

4 5 6 : 4 5 6 Radii. 5 Capitulum superius. 6 Epiphysis inferior.

7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14 : 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14 Carpi. 7 Os subrotundum. 8 Triquetrum. 9 Lunatum. 10 Naviculare. 11 Multangulum majus. 12 Multangulum minus. 13 Capitatum. 14 Cuneiforme.

15, 15, 15, 15 : 15, 15, 15, 15 Metacarpi. 16 Epiphysis inferior, in singulis ossibus indicata.

17, 17, 17, 17 : 17, 17, 17, 17 Digitorum ossa primi ordinis.

18, 18, 18 : 18, 18, 18 Digitorum ossa secundi ordinis.

19, 19, 19 : 19, 19, 19 Digitorum ossa tertii ordinis.

20 : 20 Ossa metacarpi pollicum.

21 : 21 Ossa prima pollicum. In manu dextra indicatum sesamoïdeum articulo ossis primi cum metacarpo appositum.

22 : 22 Ossa ultima pollicum.

23 24 25 26 27 28 29 : 23 24 25 26 27 28 29 Ossa coxarum. 23 24 Os ilium: cujus 24 crista. 25 26 27 Ischion: cujus 26 acutus processus, 27 tuber. 28 Os pubis. 29 Foramen magnum.

30 31 32 33 34 35 35 36 : 30 31 32 33 34 35 35 36 Ossa femorum. 30 Epiphysis superior, quae est caput, quo cum acetabulo committitur. 31 Collum. 32 Trochanter major. 33 Trochanter minor. 35 35 36 Epiphysis inferior: in eaque 35, 35 condyli, & 36 sinus inter condylos.

37 38 39 : 37 38 39 40 Tibiae. 37 Epiphysis superior. 39 40 Epiphysis inferior: in qua 40 malleolus internus.

41 42 43 : 41 42 43 Fibulae. 42 Epiphysis superior. 43 Epiphysis inferior: quae ad malleolum externum pertinet.

44, 45, 46, 47, 48, 49 : 44, 45, 46, 48 Tarsi. 44 Talus. 45 Calcaneus. 46 Cubiforme. 47 Naviculare. 48 Cuneiforme medium. 49 Cuneiforme minus.

50, 50, 50, 50 : 50, 50, 50 Metatarsi. 51 Indicata epiphysis anterior.

52, 52 : 52, 52 Ossa primi ordinis digitorum parvorum.

53, 53 : 53 Ossa secundi ordinis digitorum parvorum.

54 : 54 Ossa tertii ordinis digitorum parvorum.

FIGURA SECUNDA.

Frustum ossis petrosi dextri, in quo sunt canales semicirculares tres. Ab ea parte exhibitum, qua cerebellum spectat.

a b c d Canales semicirculares tres, per longitudinem effracti.

a Ca-

Digitized by Google

a Canalis ſemicircularis inferior idemque major.
b Canalis ſemicircularis ſuperior idemque minor.
c Hic in extremum commune conveniunt inferior & ſuperior.
d Canalis ſemicircularis medius idemque minimus.

Lanciſius primum hac in figura *ſerpentinum, ac ſpiralem labyrinthi ductum apparere* tradiderat. Deinde autem in emendationibus explicationi ſuae tabularum Euſtachii adjectis, *aquaeductum demonſtrari.* Atque hoc viſum quoque fuerat Morgagno, traditumque ab eo in epiſtola anatomica I. §. XCIII. Qui etiam refert in epiſtola anatomica XII. §. XXVIII. *deinde* ſe *ex Valſalvae ſchedis, & Lanciſii emendationibus animadvertiſſe*, id *jam utrique horum placuiſſe.* Poſtea autem, quum Caſſebohmius in tractatu V. de aure humana §. CCXIII. non aquaeductum exhiberi, ſed tres canales ſemicirculares, monuiſſet, ſinguloſque in explicatione figurae VII. tabulae ſuae IV. indicaviſſet, Morgagnus, ut decet viros ſummos, veritatiſque amatores, id non agnovit modo candide, ſed pleniore etiam explicatione confirmavit, in epiſtola mododicta anatomica XII. Quod quamvis ad inſtitutum harum annotationum pertineat, eo tamen libentius commemoro, quod in magna laude ponendum eſt.

FIGURA TERTIA.

Os petroſum dextrum a, cum mammillari b, ex parte interiore.
c, d e Canales ſemicirculares, per longitudinem effracti. c Inferior idemque major. d Superior idemque minor. e Hic in extremum commune conveniunt.
f Introitus canalis communis nervorum acuſticorum, portionis mollis & durae.

Hi numeri, 74. 49, deſignant introitum canalis communis nervorum acuſticorum. *Canalis* autem *ſemicircularis major*, qui in Lanciſii explicatione iis deſignatus, is eſt, cui c inſcripſi.

g Sinulus, qui in junioribus pertinet usque ad canalem ſemicircularem ſuperiorem eundemque minorem: atque etiam ulterius ſub eo.

Hi numeri, 75. 49, quibus *canalis ſemicircularis minor* in Lanciſii explicatione deſignatus, deſignant ſinulum, qui in junioribus pertinet uſque ad canalem ſemicircularem ſuperiorem eundemque minorem, ulteriusque ſub eo: ut exhibui in iconibus oſſium foetus humani, tabulae III. figurae XIX. t. Canalis autem ſemicircularis minor eſt omnino, d cui inſcripſi.

h Sinus, cui ſinus lateralis meningis craſſae inſidet.
i i i Ora, qua os hoc connectitur cum oſſe occipitis & verticis.
k k Ora, quae pertinet ad foramen cranii, per quod ſinus lateralis meningis craſſae penetrat, cum octavi paris nervo cerebri, ſpinalique recurrente.
l l Ora, qua connectitur cum anteriore parte oſſis occipitis.


Praeterea inter k & k Morgagnus, epiſtola anatomica XII. §. XXVIII, *os* indicat, *quo diverticulum venae jugularis internae operitur.*

Digitized by Google

Digitized by Google




Digitized by Google



TAB. XXXXV.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XLV.

FIGURA PRIMA.

Sceletus à latere.
a Os occipitis.
b Sutura lambdiformis.
c Additamentum suturae lambdiformis.
d Os verticis.
e Sutura coronalis.
f Sutura squamosa.
g h i k Os temporis. g Os squamosum. h Processus mammillaris. i Porus acusticus. k Processus zygomaticus.
l Processus lateralis maximus ossis multiformis.
m m Os frontis.
n Os jugale.
o Os planum.
p Os unguis.
q Os nasi.
r s Os maxillare superius. r Pars ejus ad fundum foraminis oculi pertinens.
t Maxilla inferior. Cujus partes intelligentur ex figura v. tabulae XLVII.
u u Atlas.
v w x Epistropheus. v Processus transversus: in quo foramen pro arteria & vena vertebrali. w Processus obliquus inferior. x Spina. Ex hac intelligentur partes respondentes sequentium colli.
y z, α, β, γ, δ Colli vertebrae inferiores quinque. z Processus obliquus superior: qui & in sequentibus.
ε ε ζ η θ Vertebra dorsi duodecima. ε : ε Processus transversi. ζ Processus obliquus inferior. η Corpus. θ Spina. Ex hac quoque intelligentur sequentium dorsi partes eaedem.
ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ϱ, σ ς, ς Dorsi vertebrae. ς Processus obliquus superior: qui etiam in caeteris.
τ, υ, φ, χ χ ψ ψ ω Γ Γ Δ, Θ Vertebrae lumborum quinque. χ : χ Secundae (ex qua reliquarum partes intelligi possunt) processus obliqui superiores. ψ : ψ Processus transversi. ω Spina. Γ : Γ Processus obliqui inferiores. Δ Corpus.
Λ Ligamentum inter corpora vertebrarum intercedens, aliaque aliis alligans. Talia quoque inter reliquas lumborum & dorsi.
Ξ Π Π Σ Os sacrum. Ξ Spinae. Π : Π Foramina posteriora. Σ Hiatus, in quem canalis sacri desinit.

Quinque particulas, & quatuor utrimque absoluta foramina magna ex parte in hominibus habere solet. Ossium examine.

Φ Coccygis ossicula quatuor.
Ψ Ω A B C : Ψ Ψ Ω A B C D D Ossa coxarum. Ψ Ω Os ilium: cujus Ω crista. A B C Ischion: cujus B processus acutus, C tuber. D D Os pubis.
E F G H I K K L : E G H I K K L Ossa femorum. E Caput, quo cum acetabulo committitur. F Collum. G Trochanter major. H Trochanter minor. K K L Epiphysis inferior: quae continet K K L condylos; quorum partes K, K ad articulum cum tibia pertinent.
M : M Patellae.

Digitized by Google

NOPP:NOP Tibiae. N Epiphysis superior. P. Epiphysis inferior, malleolum internum continens.

QRS:QRS Fibulae. R Epiphysis superior. S Epiphysis inferior, malleoli externi partem maximam continens.

TTVWXYZ 1:TVWXY Tarsi. T Talus. V Calcaneus. W Cubiforme. X Naviculare. Y Cuneiforme majus. Z Cuneiforme medium. 1 Cuneiforme minus.

2, 2, 2, 2, 2: 2, 2, 2, 2, 2 Metatarsi. 3 Epiphysis anterior.

44:4 Ossa primi ordinis digitorum parvorum.

55:5 Ossa secundi ordinis digitorum parvorum.

6 Ossa tertii ordinis digitorum parvorum.

7 Ossa sesamoïdea, apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse.

8 Os primum pollicis.

9 Os ultimum pollicis.

10, &c. Costae cum extremis suis cartilagineis: 10: 10 10 primae, 11: 11 11 11 secundae, 12 12 12: 12 12 12 tertiae, 13 13 13: 13 13 13 quartae, 14 14 14: 14 14 14 quintae, 15 15 15: 15 15 15 sextae, 16 16: 16 16 16 septimae, 17 17: 17 17 17 octavae, 18 18: 18 18 nonae, 19 19: 19 19 decimae, 20: 20 20 undecimae, 21: 21 duodecimae.

Quod Lancisius *luculenter apparere* tradit, *per cartilaginem fieri costarum, praesertim vero sinistri lateris, cum spina articulationem*, hoc, si modo in icone apparere vult, apparere in ea non invenio.

22 22 22 23 24 Sternum. 23 Os cartilaginis mucronatae. 24 Cartilago mucronata.

25: 25 Claviculae.

In icone *alteram claviculae extremitatem cum superiore scapulae processu adnecti*, quod Lancisius tradit, apparet: non autem, *per cartilaginem adnecti.*

26 26 27 28 29: 26 26 27 28 Scapulae. 27 Spina. 28 Processus superior. 29 Cervix.

31 32 33: 31 32 34 Ossa humerorum. 31 Epiphysis superior, caput continens, quo cum scapula committitur. 33 Capitulum, cum quo radius committitur. 34 Condylus major.

35 36 37: 35 36 37 Ulnae. 35 Olecranon. 37 Epiphysis inferior, continens capitulum & processum styloïdem.

38 39 40: 39 40 Radii. 38 Capitulum, quo cum osse humeri & ulna committitur. 40 Epiphysis inferior.

41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48: 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48 Carpi. 41 Os naviculare. 42 Lunatum. 43 Triquetrum. 44 Subrotundum. 45 Cuneiforme. 46 Capitatum. 47 Multangulum minus. 48 Multangulum majus.

49: 49 Ossa metacarpi pollicum. 50 Epiphysis inferior.

51: 51 Ossa prima pollicum.

52: 52 Ossa ultima pollicum.

53, 53, 53, 53: 53, 53, 53, 53 Metacarpi. 54 Epiphysis inferior.

55, 55, 55, 55: 55, 55, 55 Ossa primi ordinis digitorum manuum.

56 56: 56 56 56 Ossa secundi ordinis digitorum manuum.

57 57: 57 57 57 Ossa tertii ordinis digitorum manuum.

F I-

Digitized by Google

FIGURA SECUNDA.

Os temporis dextrum, à quo resectum os squamosum, porique acustici pars anterior. Tympanum apertum, effractaque per longitudinem cochlea, ac canalis semicircularis superior idemque minor.

a Porus acusticus.

bb Tympanum.

c Fenestra ovalis.

Foramen, cui triangulum ossiculum praeest. De auditus organis.

d Fenestra rotunda: ut videtur.

eeff Côchlea, ee hac parte effracta. Effracta pars in principio cochleae amplior exhibita, & tanquam in duos angulos migrans. Juxtaque eorum alterum, qui fenestrae rotundae d propior, cochleae capacitas ad fenestram illam pertinet: juxta alterum, ad vestibulum. De cochlea vide epistolam de auditus organis.

g An pars aquaeductus Falloppii? Quae pars in infantibus meninge crassa superinducta clauditur; posteaque superincrescente squama ossea.

Vide iconum mearum ossium foetus tabulae III. figurae XIX. f, g.

h Canalis semicircularis superior idemque minor.

iii Hinc resciffum os squamosum.

kk Os petrosum. In quo, à dextro latere litterae k superioris, expressa pars canalis, per quem arteria carotis interna & nervi intercostalis rami penetrant.

l Os mammillare.

m Processus mammillaris.


n Squama, quae processui styliformi ossis temporis assidet.

Lancisius *principium esse* tradit *processus styliformis.* An fortasse squamam styliformi accensuit?

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXXVI.

Digitized by Google



TAB. XXXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XLVI.

FIGURA PRIMA.

a:a Ossa verticis.
b Sutura sagittalis.
ccde Sutura coronalis. cc Pars, quae sutura vera est. de Pars, quae squamosa.
f Sutura communis ossi verticis cum multiformi.
g Sutura squamosa, osse squamoso ossi verticis assidente.
h Sutura vera, communis ossi verticis cum osse temporis.
iklmnp Os temporis. i Os squamosum. k Processus mammillaris. l Processus styliformis. m Squama, quae est ante styliformem. n Porus acusticus. p Processus zygomaticus.

Os, quod petram referre dicitur, in hominibus duas apophyses habet, quarum altera papillae mammillarum adamussim similis est, altera vero stylum seu columnam sua proceritate eleganter imitatur. Ossium examine.

q Sutura communis processui zygomatico cum osse jugali.
r Sutura communis ossi squamoso cum multiformi.
s Processus lateralis maximus ossis multiformis.
tuuwxxyzz Os frontis. t Pars ad tempus pertinens. u:u Partes ad frontem & synciput pertinentes. w Sutura sagittalis mediam frontem ad nasum usque secans. x:x Foramina superciliorum: quorum sinistrum integrum est, dextrum ex parte deficit. y Sutura communis ossi frontis cum jugali. z:z Ossis frontis partes ad lacunaria foraminum oculorum pertinentes.
α:α Suturae communes ossi frontis cum ossibus nasi.
β:β Ossa nasi. Inter quae sutura eis communis.
γ Sutura communis ossi maxillari superiori cum osse nasi.
δ Sutura communis ossi frontis cum processu ossis maxillaris superioris ad nasum pertinente.
ε Os unguis.
ζ Sutura communis ossi unguis cum osse frontis.
η Sutura communis ossi unguis cum plano.
θ Sutura communis ossi unguis cum osse maxillari superiore.
ι Sutura communis ossi plano cum maxillari superiore.
κ Os planum.
λ Sutura communis ossi plano cum osse frontis.
μ Processus tenuis ossis multiformis, suturaque ei cum osse frontis communis.
ν Foramen, per quod nervus opticus penetrat, cum arteriola à carotide interna, ad oculum pertinente.
ξ Sutura communis ossi frontis cum jugali & multiformi. In sinistro latere inter π & z sutura communis ossi frontis cum jugali: inter ϱ & z, cum processu laterali maximo multiformis.
ο Fissura, quae inter ossis multiformis processum tenuem, lateralemque maximum, atque os frontis, relinquitur.
π:π Ossa jugalia, qua parte ad foramina oculorum pertinent.
ϱ:ϱ Processus laterales maximi ossis multiformis, quibus partibus ad foramina oculorum pertinent.

Digitized by Google

Inter ϱ & ſiniſtram π Sutura communis oſſi jugali cum proceſſu laterali maximo multiformis.

σσ Os maxillare ſuperius, qua parte ad fundum foraminis oculi pertinet.

τ Fiſſura, quae eſt inter os maxillare ſuperius, multiforme, & jugale.

υ Patens pars canalis, qui per fundum foraminis oculi, à poſteriori parte in priorem ductus.

φ Suturae ſpecies, qua ſquama oſſea, qua canalis mododictus υ à ſuperiore parte perficitur, cum reliquo oſſis maxillaris conjungitur.

χ:χ Oſſa jugalia, à parte exteriore.

Nec ſilentio praetereundum eſt, os jugo ſimile χ p, *qua parte a malis procedit, in homine tenue conſpici, & ut Galenus diligenter admonuit, ſutura in medio dirimi* q. Oſſium examine.

ψ:ψ Suturae communes oſſibus jugalibus cum maxillaribus ſuperioribus.

ω Proceſſus pterygoïdeus oſſis multiformis.

A B C : A B C D Oſſa maxillaria ſuperiora. B Foramen, quod eſt exitus canalis υ ſupradicti. C Sutura, quae eſt continuatio ſuturae ſupradictae φ, circum oram foraminis oculi ductae. D Pars ad interiora naſi pertinens. Dentes apparent.

E Sutura communis oſſibus maxillaribus ſuperioribus.

F G Septi narium pars oſſea, conſtans ex F vomere, & G interſtitio oſſis cribriformis.

FIGURA SECUNDA.

Simiae.

a Os verticis dextrum.

b Sutura ſquamoſa, communis oſſi ſquamoſo cum oſſe verticis.

c d e Os temporis dextrum. c Os ſquamoſum. d Porus acuſticus. e Proceſſus zygomaticus.

Apophyſis, quae papillae mammillarum adamuſſim ſimilis eſt, in ſimia nullum propemodum veſtigium cernitur. Oſſium examine.

f *Os jugo ſimile* in ſimia *medium linea potius, quam ſutura diſtinguitur.* Oſſium examine.

g Proceſſus lateralis maximus oſſis multiformis.

h Sutura communis proceſſui laterali maximo multiformis cum oſſe frontis.

i Sutura communis oſſi ſquamoſo cum oſſe frontis.

k Sutura coronalis.

l m n n Os frontis. l Pars, quae ad temporis ſinum pertinet. m Pars, quae ad frontem & ſynciput. n : n Partes, quae ad lacunaria foraminum oculorum.

o Os unguis.

p Sutura oſſi unguis communis cum oſſe frontis.

q Sutura oſſi unguis communis cum plano.

r Os planum.

s Sutura oſſi plano communis cum oſſe frontis.

t Proceſſus tenuis oſſis multiformis.

u : u u Suturae oſſibus jugalibus communes cum oſſe frontis.

v : v w Oſſa jugalia. v Pars exterior, w pars ad foramen oculi pertinens.

Nec ſilentio praetereundum eſt, os jugo ſimile, qua parte a malis procedit, in homine tenue conſpici, & ut Galenus diligenter admonuit, ſutura in medio

Digitized by Google

dio dirimi, quorum neutrum simiae competit, in qua ejusmodi os v f *crassum est & robustum, & medium linea potius* f, *quam sutura distinguitur.* Ossium examine.

x Sutura ossi jugali communis cum maxillari superiore.

y Os maxillare superius.

z Foramina aliquot, ubi in homine unum esse solet.

α *Sutura, quae inter caninum & proximum sibi inciforem ducta palatum intersecat.* Ossium examine.

β Sutura ossi nasi communis cum maxillari superiore.

γ Os nasi.

Ossa nasi non quadrangula, sed triangula plerumque existunt, saepissime etiam unum os tantum pro duobus superiorem nasi partem efformat, quod etiam interdum transversa linea medium dissecat. Ossium examine.

δ Sutura ossi nasi communis cum osse dentes, qui secant, continente.

εε Os, quod dentes, qui secant, continet.

ζηθικ Maxilla inferior. η *Simia homini simillima hac parte nihil penitus ab eo discrepat, & in ipsius maxillae extremo divisio non semper est quaerenda:* ossium examine. θ Foramen, per quod penetrant rami arteriae venae & nervi. ι Capitulum, quo cum osse temporis committitur. κ Processus coronoïdeus.

FIGURA TERTIA.

a Os frontis.

b Sutura coronalis.

c: c Ossa verticis.

d *Ego eam* suturam, quae sagittam imitatur (*quamvis hactenus nemo animadverterit*) *frequenter deesse invenio, & paucis ante diebus in publico theatro, quindecim ejus formae calvarias ante oculos omnium cernendas & examinandas exposui, in quibus obelaea sutura penitus deest, nullumque vestigium sui ostendit, quamvis aliae suturae sint concinne & eleganter exsculptae.* Ossium examine.

e Sutura lambdiformis.

f, f Ossicula, quae Wormiana vocantur.

Os, quod Λ *literam imitatur, non semel in bene conformato cranio multiformes suturas obtinet.* Ossium examine.

g Os occipitis.

h Suturae lambdiformis additamentum.

i k l m n Os temporis. i Foramen juxta additamentum suturae lambdiformis. k Processus mammillaris. l Processus styliformis. m Processus zygomaticus. n Pars squamosa.

Per foramen penetrantem una cum vena, quam occipitalem vocant, arteriam vidi, à ramo carotidis externae.

o Sutura ossi temporis communis cum osse verticis.

p Sutura squamosa.

q Sutura ossi squamoso communis cum processu laterali maximo multiformis.

r Processus lateralis maximus ossis multiformis.

s Sutura processui laterali maximo multiformis communis cum osse verticis.

t Sutura processui laterali maximo multiformis communis cum osse frontis.

u u Sutura ossi jugali communis cum osse frontis.

Digitized by Google

vw Os jugale. v Pars exterior. w Pars ad sinum temporis pertinens.
Inter v & m Sutura ossi jugali communis cum processu zygomatico ossis temporis.
xx Os maxillare superius.
y Processus aliformis ossis multiformis : obscure.

FIGURA QUARTA.

Os frontis ex interiore parte.
aa Ora denticulata, qua cum ossibus verticis committitur, sutura vera.
b:b Orae in squamas tenuatae, quibus ossa verticis subit, squamae modo.
c:c Partes scabrae, quibus connectitur cum processibus lateralibus maximis ossis multiformis, & cum ossibus jugalibus.
d:d Orae, quibus connectitur cum processibus tenuibus ossis multiformis.
e:e Partes ad lacunaria foraminum oculorum pertinentes. Inter quas fissura, quam os cribriforme implet.
Frontis os in calvariae basis sede, qua ab osse cuneum imitante, transversa potius linea, quam sutura distinguitur, ampla oblongaque scissura homines divisum obtinent, in quam os aliud instar cribri perforatum & anterioribus cerebri ventriculis, ut Galenus inquit, praelocatum conjicitur, arctissimeque stringitur. Ossium examine.
f Pars inaequabilis, cui os cribriforme adnectitur.
g Sinus, cui sinus superior meningis crassae inhaeret.
hhh Vestigia arteriarum & venarum, in meningem crassam ductarum.

FIGURA QUINTA.

Os temporis dextri ex interiore parte.
abb Os squamosum. bb Ora, qua cum osse verticis & processu laterali maximo multiformis connectitur.
c Processus zygomaticus.
def Os petrosum. e Canalis, in quem nervi auditorii penetrant, mollis cum duro. f Eminentium canalium semicircularium duorum indicia. Quorum alter, cui littera f inscripta, est inferior idemque major : alter, superior idemque minor.
ghi Os mammillare. h Ora, qua cum osse verticis connectitur. i Ora, qua cum osse occipitis, ad suturae lambdiformis additamentum pertinens.

FIGURA SEXTA.

Idem os temporis ex interiore quoque parte, sed inversum.
abbcdegh Eadem designant, quae in figura v.
k *Linea minime alte penetrans*, qua *os*, *quod petram refert*, *exsculptum est.* De auditus organis.
l Sub hac squama est extremum osseae partis tubae Eustachianae.
m Exitus canalis, per quem arteria carotis interna penetrat, una cum nervi intercostalis ramis duobus, *o*, *π* figurae II. tabulae XVIII.

F I-

Digitized by Google

FIGURA SEPTIMA.

Os verticis dextrum ex interiore parte.
a Ora denticulata, qua cum osse frontis connectitur.
bb Ora denticulata, qua cum osse verticis sinistro connectitur.
c Ora denticulata, qua cum osse occipitis connectitur.
d Ora denticulata, qua cum osse mammillari connectitur.
ef Ora exacuta: cujus parte e cum osse squamoso connectitur; parte f cum multiformis processu laterali maximo.
gg Vestigia arteriarum & venarum, quae in exteriorem partem meningis crassae ducuntur.

FIGURA OCTAVA.

a Sutura sagittalis.
b:b Foramina verticalia.
cc Sutura lambdiformis.
d *Neque enim advertunt os, quod* Λ *literam imitatur, non semel in bene conformato cranio multiformes suturas obtinere, interdumque vel transversa sutura dividi, vel gemina circumscribi, perinde ac si triangulus major minorem undique comprehenderet.* Ossium examine.
Reliqua respondent figurae III; ex qua index huc transferri potest.

FIGURA NONA.

Os occipitis ex interiore parte.
a:a Orae denticulatae, quibus cum ossibus verticis connectitur.
b:b Orae denticulatae, quibus cum ossibus mammillaribus connectitur.
c:c Orae, quibus cum ossibus petrosis leviter connectitur.
d Extremum, quo connectitur cum osse multiformi.
e:e Partes, quae pertinent ad foramina, per quae sinus laterales penetrant, in venas jugulares internas migrantes.
f Exitus foraminis, per quod nervus linguae penetrat, qui noni paris cerebri est.
g:g Ostia foraminum, per quae venae vertebrales penetrant.
Horum foraminum alterum multo majus est altero. Habeo calvarias, quibus haec figura convenit: quam iis juvantibus & docentibus interpretatus sum.
h Foramen magnum.
i Eminentia à medio ossis pertinens ad foramen magnum. Obscurius quoque indicata vestigia sinuum lateralium. Indicati & sinus, quibus globi cerebelli insident, & quibus lobi posteriores cerebri.

FIGURA DECIMA.

Respondet Vesalii figurae II. capitis quinti libri primi de humani corporis fabrica, *primam non naturalem capitis figuram demonstranti, in qua anterior eminentia periit.*

Ego miraculum me videre existimarem, siquis calvariam mihi ostenderet, in qua aut coronaria sutura, aut ea, quae Λ literae similis est, deficeret, aut illam inveniret, in qua utrisque his deletis, duae lineae, altera secundum capitis longitudinem, altera secundum aures protracta, instar x *calvariam intersecant; nisi forte a suturis, quae frequenter abolentur, deceptus ejus generis capita mihi objiceret; neque enim negarim, suturas frequenter connasci, & ea occasione diversa serie dispensatas apparere, sed moneo, solere coalitum abolere suturas, sive capitis eminentiae depravatae sint, (haec enim, ut Hippocrates arbitratur, est praecipua hujus rei causa) sive naturalem constitutionem retineant.* Ossium examine.

a:a Ossa verticis, deleta sutura coronaria, continuata ab utraque parte ossi frontis in partes duas per sagittalem ad nasi ossa usque diviso.

b Sutura sagittalis ad nasi ossa usque pertinens.

c Sutura lambdiformis.

d Os occipitis.

e Suturae lambdiformis additamentum.

f Sutura ossi verticis cum osse mammillari communis.

g h i k l m n Os temporis. g Pars mammillaris. h Processus mammillaris. i Processus styliformis. k Squama, quae ante styliformem est. l Osseus auris introitus. m Processus zygomaticus. n Os squamosum. Circa g foramen i figurae III.

o Sutura squamosa, communis ossi verticis cum squamoso.

p Sutura ossi squamoso cum multiformi communis.

q Ossis multiformis processus lateralis maximus.

r Sutura squamosa, processui laterali maximo ossis multiformis communis cum osse frontis.

s Sutura processui laterali maximo ossis multiformis communis cum osse jugali.

t t Sutura communis ossi frontis cum jugali, juxta caudam supercilii.

u v Os jugale. u Pars ad temporis sinum pertinens.

w Sutura communis ossi jugali cum processu zygomatico ossis temporis.

x Sutura communis ossi jugali cum maxillari superiore.

y Ossis maxillaris superioris pars ad fundum foraminis oculi pertinens.

z Os planum.

Inter y & z Sutura communis ossi maxillari superiori cum plano.

α Os unguis.

Inter y & α Sutura communis ossi unguis cum maxillari superiore.

Inter z & α Sutura communis ossi plano cum osse unguis.

β Ossis frontis pars ad foramen oculi pertinens.

Inter z & β Sutura ossi frontis communis cum plano.

Inter α & β Sutura ossi unguis communis cum osse frontis.

γ Foramen supercilii.

δ Sutura ossi frontis communis cum processu ossis maxillaris superioris, qui ad nasum eminentem pertinet.

ε Sutura communis ossi frontis cum osse nasi.

ζ Os nasi.

Inter ζ & η Sutura communis ossi nasi cum maxillari superiore.

η θ ι κ λ Os maxillare superius. η θ Processus ad nasum eminentem pertinens: cujus θ pars ad canalem, quem nasalem vocant, pertinens. ι Sutura ossi huic propria, circum oram foraminis oculi ducta. κ Exitus canalis, qui per fundum foraminis oculi ducitur. Apparent dentes huic ossi infixi.

μ Pro-

Digitized by Google

μ Processus pterygoïdeus ossis multiformis.

FIGURA UNDECIMA.

Os multiforme una cum cribriformi & vomere, à parte posteriore.
abccddeeffgghhiikkllmmnnooppppqqrr Os multiforme.
a Paries pone sellam equinam erectus.
b Basis pars postica inaequabilis, qua cum osse occipitis conjungitur.
c:c Foramina, per quae nervi optici penetrant, & arteriolae à carotidibus internis ad oculos pertinentes.
de:de Processus tenues. e:e Processus clinoïdei anteriores.
fg:fg Fissurae, quae relinquuntur inter ossis multiformis processus tenues, processus laterales maximos, & os frontis. f Pars rotundior, per quam penetrant nervi cerebri, paris tertii, quarti, sexti, ramus primus paris quinti.
hik:hik Processus laterales maximi. i Ora, qua cum osse verticis conjungitur. k Ora, qua cum squamoso.
l:l Partes foraminum, per quae arteriae ad meningem crassam penetrant.
m:m Foramina, per quae rami tertii nervorum quinti paris cerebri penetrant.
n:n Ostia posteriora canalium, quibus os multiforme supra processus pterygoïdeos perforatum est.
oppq:oppq Processus pterygoïdei. o Paries exterior. ppq Paries interior: cui q hamulus, circum quem circumflexus palati flectitur.
r:r Fissurae processuum pterygoïdeorum, in quas inseruntur portiones ossium palati.
ss Os cribriforme.
tt Vomer.

FIGURA DUODECIMA.

Os multiforme una cum cribriformi, à parte superiore.
aabccdd Os cribriforme. a:a Partes cribriformes. b Crista galli. cc Pars, qua cum osse frontis connectitur. dd Sutura, communis ei cum multiformi.
eeffgghhiklmmnnooppqqrr Os multiforme.
efg:efg Processus tenues. f:f Orae, quibus connectuntur cum osse frontis. g:g Processus clinoïdei anteriores.
h:h Foramina, per quae optici nervi una cum arteriolis ab internis carotidibus penetrant in foramina oculorum.
i Sinus, cui insidet continuitas nervorum opticorum.
k Sella equina.
l Paries à postica parte sellae equinae subrectus.
mno:mno Processus laterales maximi. n:n Orae, quibus connectuntur cum osse frontis, ossibusque verticis. o:o Orae, quibus connectuntur cum ossibus squamosis.
p:p Foramina, per quae paris quinti nervorum cerebri rami secundi penetrant.
q:q Foramina, per quae quinti paris nervorum cerebri rami tertii penetrant.
r:r Partes foraminum, per quae arteriolae ad meningem crassam penetrant.

Digitized by Google

FIGURA DECIMA TERTIA.

Os multiforme una cum cribriformi & vomere, à parte inferiore.

aab Os cribriforme, cum spongiosis inferioribus. b Interstitium ad septum narium pertinens: ut videtur.

c Vomer.

ddeeffgghhiikkllmmnnooppqrrssttuuvvvw. Os multiforme.

de:de Processus tenues. d Squama, qua cum osse frontis connectitur.

fg:fg Processus laterales maximi. f Pars ad oculi foramen pertinens. g Pars, ad tempus & ad basem cranii.

h:h Orae, quibus connectuntur cum ossibus jugalibus.

i:i Orae, quibus connectuntur cum osse frontis.

kl:kl Orae, quae pertinent ad foramina, quae constant ex oris illis, basi, processibus tenuibus, osse frontis. k Pars orae ad foraminis illius angustiorem partem fissurae similem pertinens. l Pars, ad rotundiorem, idcirco lunata: per quam rotundiorem nervi cerebri tertii paris, quarti, sexti, & primi rami quinti paris in oculi foramen penetrant.

m:m Foramina, per quae rami secundi quinti paris nervorum cerebri penetrant.

n:n Orae, quae connectuntur cum osse frontis, & ossibus verticis.

o:o Orae, quae connectuntur cum ossibus squamosis.

p:p Foramina, per quae tertii rami quinti paris nervorum cerebri penetrant.

q Pars foraminis, per quod arteriola penetrat ad meningem crassam.

rst:rst Processus pterygoïdei. r Paries exterior. st Paries interior: cui t hamulus, circum quem circumflexus palati flectitur. Inter extrema parietum fissura est, quam portio ossis palati implet.

u:u Ostia priora canalium, quibus os multiforme supra processus pterygoïdeos perforatum est.

vvvw Basis. w Pars postica, qua cum osse occipitis connectitur.

Dubium quaenam *foraminula* Lancisius hic velit, *per quae nonnulli aërem illabi usque ad cerebrum asseverent.*

FIGURA DECIMA QUARTA.

Os cribriforme & multiforme, à parte superiore. Sed cribriforme à multiformi separatum. Ac multiforme in partes tres divisum: basem cum processibus tenuibus, & processus laterales maximos.

aabcd Os cribriforme.

a:a Partes cribriformes.

bc Crista galli. c Pars, qua cum osse frontis connectitur.

d Interstitii, quod ad septum narium pertinet, pars superior: quae connectitur cum multiformi.

eeffgghhiklmnoo Ossis multiformis pars, constans ex basi & processibus tenuibus.

eeffgg Processus tenues. f:f Orae, quibus connectuntur cum osse frontis. g:g Processus clinoïdei anteriores.

h:h Foramina, per quae in foramina oculorum penetrant nervi optici una cum arteriolis à carotidibus internis ad oculos pertinentibus.

iklmnoo Basis. i Pars anterior: cujus k ora, qua connectitur cum cribriformi.

l Si-

Digitized by Google

l Sinus, cui insidet continuitas nervorum opticorum.
m Sella equina.
n Pars postica, qua cum osse occipitis conjungitur. In hac paries subrectus, l figurae XII.
o:o Partes laterales, cum quibus connectuntur processus laterales maximi.
Confer iconum ossium foetus humani tabulae IV. figurae XX. c:c.
pqrstuvwx:pqrstuvwx Processus laterales maximi.
q Ora, qua connectitur cum osse frontis & verticis.
rs Ora pertinens ad foramen, quod fit ex processu laterali maximo, basi, processu tenui, osse frontis. r Pars ad partem angustiorem pertinens, fissurae similem. s Pars quodammodo lunata, pertinens ad partem rotundiorem.
t Foramen, per quod secundus ramus quinti paris nervorum cerebri penetrat.
u Pars, qua connectitur cum basi.
Confer iconum ossium foetus tabulae IV. figurae XX. A:A.
v Foramen, per quod tertius ramus quinti paris nervorum cerebri penetrat.
Vide annotationem ad w.
w Pars foraminis, per quod arteriola penetrat ad meningem crassam.
An Lancisius, *foramina, per quae admittantur sanguinea vasa*, designans numeris his, 71. 23, voluit dextrum ex iis, quibus w adscripsi? Et an, designans quoque numeris 71. 24, voluit illud, cui v in sinistro latere inscripsi? Hoc certe illud est, per quod tertius ramus nervi quinti paris nervorum cerebri penetrat. Latet fortasse in numeris vitium.
x Ora, qua connectitur cum osse squamoso.

FIGURA DECIMA QUINTA.

Respondet Vesalii figurae III. capitis quinti libri primi de humani corporis fabrica, *secundam capitis figuram non naturalem ostendenti, in qua anterior eminentia deperditur.*

In utroque Vesalii codice Oporiniano extat *anterior:* pro quo reponendum *posterior*, ut emendavimus in eo, quem hic Leidae edidimus.

Ego miraculum me videre existimarem, siquis calvariam mihi ostenderet, in qua—ea sutura, *quae Λ literae similis est, deficeret*, &c. ossium examine. Vide supra ad figuram X.

a:a Ossa verticis ossi occipitis, deficiente sutura lambdiformi, continuata.
b Os squamosum processui laterali maximo ossis multiformis, deficiente, vel deleta sutura, continuatum.
Neque enim negarim, suturas frequenter connasci, & ea occasione diversa serie dispensatas apparere. Ossium examine.
Reliqua ex figura X. intelligentur, cui respondent.

FIGURA DECIMA SEXTA.

Os multiforme cum cribriformi, à parte priore.
abcc Os cribriforme.
ab Interstitium: cujus a pars superior est crista galli, quae hac parte cum osse frontis connectitur: b pars inferior ad septum narium pertinet.
Fortasse una cum lamina media ossis cribriformis etiam vomer exhibitus.
Hic Lancisius de *septo medio nasi, styliformem figuram, ab aliis ossibus, & cartilaginibus liberatum, aemulari.* Hanc autem figuram habet hic ex perspectivae, ut vocant, ratione.

Digitized by Google

c:c Partes laterales cavernoſae.
ddeeffgghhiikkllmmnnooppqqrrsstt Os multiforme.
d:d Proceſſus tenues.
ef:ef Proceſſus laterales maximi. e:e Partes, quae ad foramina oculorum pertinent. f:f Partes, quae ad tempora, & ad baſem cranii.
g:g Orae, quibus connectuntur cum oſſibus verticis.
h:h Orae, quibus connectuntur cum oſſe frontis.
i:i Orae, quibus connectuntur cum oſſibus jugalibus.
kl:kl Orae, quae pertinent ad foramina, quae fiunt ex proceſſibus lateralibus maximis, baſi, proceſſibus tenuibus, oſſe frontis. k:k Partes ad partes anguſtiores illorum foraminum pertinentes, fiſſuris ſimiles. l:l Partes quodammodo lunatae, quibus pertinent ad eorundem partes rotundiores.
m:m Foramina, per quae ſecundi rami quinti paris nervorum cerebri penetrant.
n:n Oſtia anteriora canalium, quibus os multiforme ſupra proceſſus pterygoïdeos perforatum.
opq:opq Proceſſus pterygoïdei.
o:o Parietes exteriores.
pq:pq Parietes interiores. q:q Hamuli, circum quos circumflexi palati flectuntur.
r:r Fiſſurae inter extremos parietes proceſſuum pterygoïdeorum. Quas portiones oſſium palati implent.
s:s Partes foraminum, per quae tertii rami quinti paris nervorum cerebri penetrant.
t:t Partes foraminum, per quae arteriolae ad meningem craſſam penetrant.

FIGURA DECIMA SEPTIMA.


Reſpondet Veſalii figurae quartae capitis quinti libri primi de humani corporis fabrica, *tertiam non naturalem capitis figuram indicanti, in qua utrunque tuber, anterius nimirum & poſterius, intercidit.*

Ego miraculum me videre exiſtimarem, ſiquis calvariam — inveniret, in qua, utrisque his, coronaria, & ea, quae Λ literae ſimilis eſt, *deletis, duae lineae, altera ſecundum capitis longitudinem, altera ſecundum aures protracta, inſtar* x *calvariam interſecant.* &c. oſſium examine. Sutura tamen coronalis in hac figura non diſcrepat à conſueta, ut diſcrepat apud Veſalium loco ſupradicto.

aa Oſſa verticis continuata oſſi occipitis, ob deletam, aut deficientem, ſuturam lambdiformem.
b Proceſſus pterygoïdeus.
c Os maxillare ſuperius.
Reliqua fere reſpondent figurae x: ex eaque, aut ex prima, intelligi poterunt.

Digitized by Google

Digitized by Google



TAB. XXXVII.

Digitized by Google

TAB. XXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULA XLVII.

FIGURA PRIMA.

a b c d e Os jugale dextrum. a Ora denticulata, qua cum osse frontis & multiformi connectitur. b Pars ad temporis sinum pertinens. c Hac parte cum osse maxillari superiore connectitur. d Pars exterior. e Processus ad zygoma pertinens.

f Os unguis.

g h i k Os maxillare superius dextrum. g h Processus ad nasum eminentem pertinens: cujus g pars interior, h exterior. i Pars, quae cum osse jugali connectitur; ex quo sutura communis. k Pars posterior, & lateralis, pertinensque ad fundum foraminis oculi. Dentes infixi apparent.

l m n o Os palati dextrum. l Pars, quae ad fundum foraminis oculi pertinet, & ab altera parte connectitur cum maxillari superiore, ab altera cum multiformis basi. m Pars tenuis, quae cum basi multiformis connectitur. Inter l & m fissura, cujus defectum supplet ossis multiformis basis. n Pars, cum qua connectitur processus pterygoideus ossis multiformis. o Pars, quae inter extremum processum pterygoïdeum & ossis maxillaris superioris partem, quae pone dentem maxillarem intimum est, interseritur.

FIGURA SECUNDA.

Os unguis.

Hoc esse pono, non quia forma plane suadeat, sed quia in hac figurarum serie vix aliud esse posse videatur, & fortasse rudius adumbratum sit.

FIGURA TERTIA.

a Os jugale dextrum.

b c Interstitium ossis cribriformis una cum continuata ei crista galli. b Crista galli. c Pars ad septum narium pertinens.

d e f Vomer. e Pars, quae cum basi multiformis connectitur. f Ora ad fauces pertinens.

g h i Hic vomer connectitur g h in fundo narium, g cum osse palati, h cum osse maxillari superiori; & i cum interstitio cribriformis.

k l m m n Os maxillare superius dextrum. k Processus ad nasum eminentem pertinens. l Pars ad septum narium pertinens. m m Pars, qua cum osse maxillari superiore sinistro connectitur. n Pars ad palatum pertinens. Dentes apparent.

o p q r Os palati dextrum. o Pars, qua cum osse sinistro connectitur. p Pars, quae interseritur extremo processui pterygoïdeo ossis multiformis imaeque parti ossis maxillaris superioris, quae est pone molarem intimum. q Pars tenuis, quae connectitur cum basi ossis multiformis. r Pars ad fundum foraminis oculi pertinens. Inter q & r fissura eadem, quae inter l & m figurae 1.

Digitized by Google

FIGURA QUARTA.

Os nasi.

FIGURA QUINTA.

Maxilla inferior.
a:a Capitula, quibus cum ossibus temporum committitur.
b:b Cervices.
c:c Processus coronoïdei.
d:d Partes, quae ad caput eriguntur.
e Introitus canalis, in quem nervus arteria & vena penetrant.
f Eminentia, cui mucro inseritur crassior eorum, in quos tendineum temporalis extremum à priori parte quodammodo migrat.
g g Pars dentes continens: qui per se apparent.
h Foramen, per quod rami nervi, arteriae, & venae penetrant ex canali, cujus introitus e.

FIGURA SEXTA.

a b Os jugale dextrum. a Ora denticulata, qua connectitur cum osse frontis, & multiformi. b Pars ad foramen oculi pertinens.
c Os unguis dextrum ex interiore parte, qua ad nasum pertinet.
d e f g h h i Os maxillare superius dextrum. d Pars superior ad nasum pertinens, connexaque cum osse cavernoso. e Sinus maxillaris. f Processus, qui ad nasum eminentem pertinet. g Pars ad latus nasi pertinens. h h Ora scabra denticulataque, qua connectitur cum osse maxillari superiore sinistro. i Pars ad palatum pertinens. Dentes huic ossi infixi apparent per se.
k l m n o Os palati dextrum. k Ora denticulata, qua connectitur cum sinistro. l Processus, qui extremo processui pterygoïdeo ossis multiformis, maxillarisque superioris parti illi, quae est pone molarem intimum, interseritur. m Pars ad latus nasi pertinens, & ad sinum maxillarem. n Pars tenuis, quae connectitur cum basi ossis multiformis. o Pars ad fundum foraminis oculi pertinens, priorique parte connexa cum osse maxillari superiore, posteriori cum basi multiformis. Inter n & o fissura eadem, quae inter l & m figurae 1.
p q r Os spongiosum inferius. q Hac parte annectitur processui ossis maxillaris superioris, qui ad nasum eminentem pertinet: r hac, ossi palati.

FIGURA SEPTIMA.

a b Os jugale dextrum. a Ora denticulata, qua connectitur cum osse frontis, & multiformi. b Pars ad foramen oculi pertinens.
c Os unguis dextrum, ex interiore parte.
d e f f g h h i k Os maxillare superius dextrum. d Processus ad nasum eminentem pertinens. e Pars ad latus nasi pertinens. f f Ora aspera denticulataque, qua connectitur cum dextro. g Pars ad palatum pertinens. h h Pars, cui os palati assidet, annectiturque. i Pars, quae connectitur cum osse cavernoso, & ad cavernas ejus pertinet. k Sinus maxillaris.

F I-

Digitized by Google

FIGURA OCTAVA.

Os palati dextrum, ex interiore parte.

a Pars, quae pertinet ad latus nasi, sinumque maxillarem.

b Pars, quae ad fundum foraminis oculi pertinet: de qua figura I. l, & figura VI. o.

c Pars tenuis, quae annectitur ossis multiformis basi.

d Pars, quae interseritur extremo processui pterygoïdeo ossis multiformis, ossique maxillari superiori pone molarem intimum.

e Ora, cujus pars connectitur cum sinistro: pars, cum ossis maxillaris superioris parte ad palatum nasique fundum pertinente.

FIGURA NONA.

aabbc Atlas. a:a Corporis partes duae, quibus cum processibus coronoïdeis ossis occipitis committitur. b:b Processus transversi: in quibus foramina pro arteria & vena vertebrali. c Pars arcuata posterior: in qua spinae loco eminentia est asperula, à qua recti postici minores capitis oriuntur.

Primum spondylum spina destitui Galenus asserit, cujus non modo nullum vestigium in simia apparet, sed nec asperitas aliqua ea in parte sentitur; quum tamen in hominibus sedes illa aspera usque sit, & obtusum angulum habeat, ac etiam in multis ea parte processus emineat illo major, qui in ejus vertebrae anteriori sede extuberat, atque nonnunquam inchoatae spinae mucro appareat. Ossium examine.

d Axis epistrophaei, sive processus, quem dentem nominant.

e:e Ligamenta *duo fere teretia, utrimque nimirum unum, ab externa sede summitatis ejusdem apophysis* (quam dentem nominant) *oriuntur, & internae anteriorive parti utriusque coronae occipitii inseruntur.* De motu capitis.

f *Tertium, quod in medio horum* e:e *consistit, quamvis robustissimum sit, & instar nervi mediocriter rotundum, nihilominus magnitudine & rotunditate ab utroque horum superatur: oritur autem ab anteriori regione apicis processus dentem referentis, priorique ac mediae sedi foraminis medullae spinali parati valde adhaerescit.* De motu capitis.

Hoc ligamentum designant numeri 15. 8, quibus *dentem* Lancisius designat. Et locum quidem, qui paulo supra dentem est: ut illum tamen ipsum designare voluisse, credibile sit.

g *Postremum ligamentum, instar nervi seu tendinis digitorum mediocriter rotundum, nonnihilque depressum, durum ac robustum est adeo, ut a cartilaginis natura parum recedat, hoc primae vertebrae cavitatem, quae dentem suscipit, extrinsecus circumdat, oriturque a sinu utrimque ipsius gratia excavato, & a dextra parte ad laevam procedens velut angulum rectum efficit, secundaeque vertebrae extremum turbinatum adamussim constringens, simul ipsum firmat, ut in neutram partem inclinet, & medullam spinalem quasi vallum ab eo separans tegit ac protegit, ne ossi nudo & errabundo assidue occurrens laedatur.* De motu capitis.

hhiikkl Epistrophaeus. h:h Corporis partes laterales duae, cum quibus atlas committitur. i:i Processus transversi: in quibus foramina pro arteria & vena vertebrali. k:k Processus obliqui inferiores. l Spina.

Digitized by Google

FIGURA DECIMA.

Dentes dextri superiores. a Maxillaris intimus, b quartus, c tertius, d secundus, e primus. f Caninus. g Eorum, qui secant, secundus, h primus. Vide tractatum de dentibus.

FIGURA UNDECIMA.

Spina.

aabbc Atlas. a:a Partes corporis sinuatae duae, quibus processus coronoïdeos ossis occipitis excipit. b:b Processus transversi. c Posterior arcuata pars.

deeæfg Epistrophaeus. d Spina. e:e Corporis partes laterales duae, quibus cum atlante committitur. æ Axis. f Processus obliquus inferior. g Processus transversus.

h, i, k, lmnno, p Colli vertebrae. Secundae l processus transversus, m corpus, n:n processus obliqui inferiores, o spina. Ex hac reliquarum partes cognosci possunt.

qqrst, u, v, w, x, y, z, α, β, γ, δ, ε Vertebrae dorsi. Duodecimae q:q processus transversi, r corpus, s processus obliquus inferior, t spina. Ex hac partes reliquarum intelligentur.

ζζηθϑιϰϰ, λ, μ, ν, ξ Vertebrae lumborum. Quintae ζ:ζ processus obliqui superiores, η spina, θ processus transversus, ϑ tuberculum circa radicem processus transversi, ι corpus, ϰ:ϰ processus obliqui inferiores. Ex hac intelligentur partes reliquarum.

Posterior vertebrarum apophysis η duplici linea, superiori nimirum ac inferiori, circumscribitur; prior in homine ad lumborum usque vertebras semper deorsum inaequaliter tamen fertur; quanto enim superiorem locum vertebra ipsa obtinet, tanto etiam ejusmodi linea productior est, & minus obliqua; in vertebris lumborum quandoque recta est, aut quod rarius evenit, nonnihil sursum vergit: at linea, quae inferiorem spinae vertebrarum sedem occupat, ad decimam usque thoracis superiori lineae productionem similem obtinet, nam cum eadem inaequalitate obliqua deorsum protrahitur. Decimae spina, ut bene Galenus scribit, minor est, & in rotundum finem desinit, saepeque recta linea in humiliori ipsius sede designatur, & obscure a subjecta excipitur: quamvis hoc saepius in undecima fieri conspiciamus. Infra decimam haec linea a prima spinae origine tanquam a latiori basi sursum ferri incipit, & ab apophysibus, quibus vertebrarum articuli commissi sunt, ne ipsorum syntaxis ac motus impediatur, longius recedit: verum quia ejusmodi articulorum processus, quanto vertebra inferior est, tanto altius in subjecti spondyli cavitates infiguntur, necesse quoque est, inferiorem spinae lineam eo magis sursum vergere, quo humiliorem locum obtinet ipsa vertebra. Ossium examine.

Ignorandum cum aliis anatomicis non est, in homine circa radices infernas transversarum proceritatum spondylorum lumbi, atque etiam duorum, qui ultimam thoracis partem constituunt, quaedam tubercula ϑ, magnitudine figuraque mespilorum nucleos referentia, saepe ac saepius reperiri. Ossium examine.

o Ligamentum inter corpora vertebrarum intercedens, eaque colligans inter se. Talia quoque inter corpora reliqua.

Digitized by Google

ππϱϱσσσσσσττυφχχ Os facrum. π:π Proceffus obliqui fuperiores. ϱ:ϱ Latera, quibus cum offibus ilium committitur. σσσ:σσσ Foramina pofteriora, ab utroque latere quatuor. ττ Spinae. υ Hac parte vertebra prima & fecunda non continuatae inter fe. φ Hiatus, in quem offis facri canalis desinit. χ:χ Proceffus obliqui inferiores imi.

Quatuor utrimque abfoluta foramina magna ex parte in hominibus habere folet. Offium examine.

ψ Foramina duo inter extremum facrum & coccygis principium.

ω Coccyx.

FIGURA DUODECIMA.

Dentes dextri inferiores. a Maxillaris intimus, b quartus, c tertius, d fecundus, e primus. f Caninus. g Eorum, qui fecant, fecundus, h primus. Vide tractatum de dentibus.

FIGURA DECIMA TERTIA.

Clavicula. a Extremum, quo committitur cum proceffu fuperiore fcapulae. b Caput, quo cum fterno.

Ad jugulum ipfum foris convexa eft, intus cava, ad acromium vero contra extrinfecus leviter cava, intus magis convexa. Offium examine.

FIGURA DECIMA QUARTA.

Os hyoïdes, cum *additamentis, quae cum apophyfibus ftyloïdeis conjunguntur.*

a Bafis.

b:b Cornua.

cdef:ghi *Additamenta, quae cum apophyfibus ftyloïdeis conjunguntur.* c:g Officula graniformia.

Quod vero dicunt recentes hi anatomicae artis inftauratores, hujufce offis additamenta, quae cum apophyfi ftyloïde conjunguntur, hinc inde nunc tria, nunc quatuor officula, ceu internodia, fere femper habere, adeo falfum eft, ut iis, qui humana cadavera diffecant, ipforum fidem ac diligentiam fufpectam reddat, pariterque omnibus palam faciat, quam bene de ejusmodi officulis, quae raro in viris, & rarius etiam in mulieribus occurrunt, Galenum, tanquam ea ignoraverit, reprehendant. Offium examine.

FIGURA DECIMA QUINTA.

Os hyoïdes, cujus *additamenta, quae cum apophyfibus ftyloïdeis conjunguntur,* alia ac figura XIV. Huc pertinet idem locus Euftachii, qui adjectus figurae XIV.

a Bafis.

b:b Cornua.

cde Additamentum, quod cum proceffu ftyloïde conjungitur.

f Officulum graniforme: ut videtur.

g Ligamentum effe videtur, cujusmodi plerumque invenitur, loco officulorum.

Digitized by Google

FIGURA DECIMA SEXTA.

Scapula dextra ex interiore parte.
a Pars ſinuata.
b Cervix.
c Sinus, cum quo os humeri committitur.
d Proceſſus ſuperior.
e Proceſſus coracoïdeus.
f Lunula ad radicem proceſſus coracoïdei : per quam arteria & vena s tabulae XXIV. n°. 11, & nervus 34 tabulae XX. n°. 11. pertinent.

FIGURA DECIMA SEPTIMA.

Eadem ſcapula à parte priori.

Velis dextram ſcapulam hominis, praeſertim junioris, in manum ſumere, eamque à priori parte ſpectare, ſic ut in ſinum, qui caput oſſis humeri recipit, fere recta inſpicias, eo poſitu, qui figurae huic maxime reſpondet: & cognoſces, ejusmodi ſcapulam illo poſitu expreſſam eſſe. Quod vero Lanciſium movit, ut de *alicujus bruti ſcapula* cogitaret, eſt fortaſſe hoc, quod dorſum ſcapulae a rudi modo adumbratum, maximeque pars illa, quae ſupra ſpinam eſt e.

a Dorſum.
b Ora anterior.
c Sinus, cum quo os humeri committitur.
dd Proceſſus ſuperior.
e Dorſi pars, quae ſupra ſpinam eſt.
f Proceſſus coracoïdeus.

FIGURA DECIMA OCTAVA.

Sternum.

Puerulorum ſternum in prima generatione totum cartilagineum eſt, & prorſus continuum, nullaque linea diſtinctum : ubi autem in os formari incipit, celerius oſſis ſpeciem ſuperiores, quam inferiores, & mediae ſecundum latitudinem citius, quam extremae partes aſſumunt ; unde ſit, ut cartilagine undique comprehenſae ejusmodi oſſeae partes, quaſi plurium in tabula nodorum ſpeciem prae ſe ferant : quando autem foetus in lucem editur, inferiores ſterni partes adhuc cartilagineae ſunt, & diviſionem nullam habent ; deinde etiam ipſae eo modo, quo expoſui, oſſeae evadunt ; ac tandem ad ſummum ſex tantum particulas, transverſa linea a coſtarum cartilaginibus protracta, ſternum inciſas obtinet, quibus adnumero etiam illam, quae mucronatae cartilagini eſt praepoſita ; nam quum inferiores coſtae ſemper minus diſtent in inſertione, quam ſuperiores, ſexta, qua oſſi pectoris per articulum committitur, adeo ſeptimae eſt vicina, ut quia ipſam tangit, nulla prorſus aut diviſio, aut linea ejus gratia inciſa in ſterno, dum evadit oſſeum, remanere poſſit, ſed in medio quinti oſſis g *eam infigi neceſſe ſit ; quod ita ſe habere in publico gymnaſio oſtendi, multis ſternis ante oculos omnium poſitis, non ſolum puerulorum, ſed etiam illorum, qui ad quartum decimum, ac decimum octavum annum uſque vixerant.* Oſſium examine.

abbcc

Digitized by Google

abbcc Os primum idemque superius. b:b Partes, quibus claviculae insident. c:c Partes, quibus continuantur cartilaginea extrema costarum primarum. Eadem in figura xix, xx, & xxi.

d Os secundum, quod est inter extrema costarum secundarum & tertiarum.

e Os tertium, inter extrema costarum tertiarum & quartarum.

f Os quartum, inter extrema costarum quartarum & quintarum.

g Os quintum, inter extrema costarum quintarum & septimarum.

h Os sextum, cartilaginis mucronatae.

i Cartilago mucronata.

In homine — plurimum varia fere semper occurrit, siquidem interdum vel in acutum finem desinit, vel instar epiglottidis in rotundum; saepe aut caudam hirundinis, intus nonnihil in modum C *flexam, refert, aut alteram cytini incisionem repraesentat:* ossium examine. Confer h figurae xix, & k figurae xx, & l figurae xxi.

k Foramen cartilaginis mucronatae.

Frequenter, sive hac, sive illa forma sit praedita, media perforatur. Ossium examine.

l *Quandoque sternum in medio lato foramine est pervium.* Ossium examine.

FIGURA DECIMA NONA.

Sternum aliud.

Evenit etiam frequenter, quod alii non animadvertunt, ut haec ossa, primo & ultimo excepto, omnia scilicet quae in medio sunt, aut certe eorum aliqua, evidentissima linea, secundum eorundem longitudinis medium, modo recta, modo oblique protracta, dividantur; quo fit, ut sterni partes aut decem, aut novem, aut octo, aut septem, frequenter numerentur: ossium examine. Confer figuram xx, & xxi.

Lancisius *uno ossium ordine integratum* sternum *cerni* tradit. Ad hoc autem attendisse videtur, quod ex uno ordine maximam partem constat.

a Os primum.

b Os secundum, inter extrema costarum secundarum & tertiarum.

c Os tertium, inter extrema costarum tertiarum & quartarum.

d Os quartum, inter extrema costarum quartarum & quintarum.

e, f Loco ossis quinti, quod inter extrema costarum quintarum & septimarum est, ossa duo, tanquam si quintum medium per longitudinem divisum recta esset.

g Os sextum, cartilaginis mucronatae.

h Cartilago mucronata.

In homine — plurimum varia fere semper occurrit, siquidem interdum vel in acutum finem desinit, vel instar epiglottidis in rotundum, saepe aut caudam hirundinis, intus nonnihil in modum C *flexam, refert, aut alteram cytini incisionem repraesentat:* ossium examine. Confer i figurae xviii, & k figurae xx, & l figurae xxi.

FIGURA VIGESIMA.

Sternum aliud.

Evenit etiam frequenter, quod alii non animadvertunt, ut haec ossa, primo & ultimo excepto, omnia scilicet quae in medio sunt, aut certe eorum

aliqua, evidentissima linea, secundum eorundem longitudinis medium, modo recta, modo oblique protracta, dividantur; quo fit, ut sterni partes aut decem, aut novem, aut octo, aut septem, frequenter numerentur: ossium examine. Confer figuram XIX, & XXI.

a Os primum.

b Os secundum, inter extrema costarum secundarum & tertiarum.

c Os tertium, inter extrema costarum tertiarum & quartarum.

de Loco ossis quarti, quod est inter extrema costarum quartarum & quintarum, ossa duo, tanquam si quartum medium per longitudinem recta divisum esset.

fg Loco ossis quinti, quod inter extrema costarum quintarum & septimarum, ossa duo, tanquam si quintum per longitudinem oblique divisum esset.

Si modo inter e & f linea dividens indicata est, ut videtur esse, utque locus, ex ossium examine supra adductus, indicare potest.

h Os sextum, cartilaginis mucronatae.

i *Frequenter media perforatur.* Ossium examine.

Quem locum huc pertinere posse putavi: quanquam non ignoro, foramen in icone partim esse in cartilagine, partim etiam in osse, cui continuata est.

k Cartilago mucronata.

In homine — plurimum varia fere semper occurrit, siquidem interdum vel in acutum finem desinit, vel instar epiglottidis in rotundum, saepe aut caudam hirundinis, intus nonnihil in modum C *flexam, refert, aut alteram cytini incisionem repraesentat:* ossium examine. Confer i figurae XVIII, & h figurae XIX, & l figurae XXI.

FIGURA VIGESIMA PRIMA.

Sternum aliud.

Evenit etiam frequenter, quod alii non animadvertunt, ut haec ossa, primo & ultimo excepto, omnia scilicet quae in medio sunt, aut certe eorum aliqua, evidentissima linea, secundum eorum longitudinis medium, modo recta, modo oblique protracta, dividantur; quo fit, ut sterni partes aut decem, aut novem, aut octo, aut septem, frequenter numerentur: ossium examine. Confer figuram XIX, & XX.

a Os primum.

b, c Ossa duo, quae secundi loco sunt. d, e Duo, quae tertii. f, g Duo, quae quarti. h, i Duo, quae quinti: tanquam si per longitudinem recta divisa omnia essent.

k Os sextum, cartilaginis mucronatae.

l Cartilago mucronata.

In homine — plurimum varia fere semper occurrit, siquidem interdum vel in acutum finem desinit, vel instar epiglottidis in rotundum, saepe aut caudam hirundinis, intus nonnihil in modum C *flexam, refert, aut alteram cytini incisionem repraesentat:* ossium examine. Confer i figurae XVIII, & h figurae XIX, & k figurae XX.

FIGURA VIGESIMA SECUNDA.

Costa dextra prima, à posteriore parte.

De

Digitized by Google

De hac Lancisius, *confractam forte ostendi.* Integra autem est, quantum ex figura intelligo.

a Pars prima, qua inhaeret corpori vertebrae duodecimae dorsi.

b Capitulum, quo committitur cum processu transverso dorsi vertebrae duodecimae.

c Tuberculum juxta capitulum b: ad quod tuberculum ligamentum à processu transverso pertinet, costam alligans.

FIGURA VIGESIMA TERTIA.

Una ex costis dextris mediis.

a Pars prima, qua inhaeret corporibus vertebrarum.

b Capitulum, quo committitur cum processu transverso.

c Tuberculum, ni fallor, cui ligamentum affixum, à processu transverso extremo huc pertinens, costamque alligans.

d Hic costa abrupta.

FIGURA VIGESIMA QUARTA.

Costa aut undecima, aut duodecima.

a Pars prima, qua inhaeret corpori vertebrae suae.

b Abrupta pars.

Postremae costae tuberculum non habent, quod in processus transversi extremo leviter cavo conjicitur. Ossium examine.

FIGURA VIGESIMA QUINTA.

Manus dextra ex interiore parte.

a, a, a, a, a Pollicis & digitorum ossa ordinis tertii. b Epiphysis superior: quae & in reliquis.

c, c, c, c Digitorum ossa ordinis secundi. d Orbita, qua cum osse ordinis tertii committitur. e Epiphysis superior. Quae etiam in reliquis.

f, f, f, f, f Pollicis & digitorum ossa ordinis primi. g Orbita, qua cum osse proximo committitur. h Epiphysis superior. Quae etiam in reliquis.

i, i, i, i, i, i Ossa sesamoïdea.

In homine sesamina ossicula pauca sunt, magnaque ex parte cartilaginea, & si ea, quae pollici applicantur, exceperis, inconstanti sede firmata. Ossium examine.

k, k, k, k, k Ossa metacarpi. l Epiphysis inferior, in omnibus.

m, n, o, p q, r, s, t, u Carpus. m Os multangulum majus. n Multangulum minus. o Capitatum. p q Cuneiforme: in quo q processus unciformis. r Subrotundum. s Triquetrum. t Lunatum. u Naviculare.

De multangulo majore confer e f g figurae XXXIII.

FIGURA VIGESIMA SEXTA.

Os humeri dextrum ab interiore parte.

a b c Epiphysis superior. a Caput, quo cum scapulae sinu committitur. b, c Tubera inaequabilia, b majus, c minus.

d, e Eminentiae, in quas ab inferiore parte tubera b & c migrant. Inter quas, itemque inter tubera illa, ſinus f eſt, partim in epiphyſi, partim in trunco: per quem ſinum ducitur tendo capitis longioris bicipitis brachii.

g Truncus.

h, i Sinus, quorum alter h radium, alter i ulnam recipit, quo tempore cubitus admodum flexus eſt.

Cavitas humeri, in quam poſterior corona (ulnae) *recipitur, ſimulque tota immergitur atque abſconditur, triplo illa eſt major, quae anteriorem ſuſcipit.* Oſſium examine.

k l Epiphyſis inferior. k Tuberculum, cum quo radius committitur. l Rotula, cum qua ulna.

m, n Condyli: m minor, n major.

FIGURA VIGESIMA SEPTIMA.

Idem os humeri ab exteriore parte.

a b Epiphyſis ſuperior. a Caput, quo cum ſinu ſcapulae committitur. b Tuber inaequabile majus.

c Truncus.

d Sinus, qui olecranon recipit, quum cubitus extenditur.

Cavitas humeri, in quam poſterior corona (ulnae) *recipitur, ſimulque tota immergitur atque abſconditur, triplo illa eſt major, quae anteriorem ſuſcipit.* Oſſium examine.

e f Epiphyſis inferior. e Rotula, cum qua ulna committitur. f Tuberculum, cum quo radius.

g, h Condyli: g minor, h major.

FIGURA VIGESIMA OCTAVA.

Radius dexter ab interiore parte.

a Capitulum, quo cum oſſis humeri tuberculo, & cum ulnae ſinu, committitur.

c Epiphyſis inferior.

FIGURA VIGESIMA NONA.

Idem radius ab exteriore parte.

a Capitulum, quo cum oſſe humeri, & cum ulna, committitur.

c Epiphyſis inferior.

In inferiore parte ſinus, per quos tendines ad manum à cubito ducuntur, majorem partem obſcure indicati. Vide plenius in ſceleti hominis tabula II.

FIGURA TRIGESIMA.

Ulna dextra ab illa parte, qua radium ſpectat.

a Olecranon.

Corona poſterior. Oſſium examine.

b Sinus ſigmoïdeus, quo cum oſſis humeri rotula committitur.

c Sinus,

Digitized by Google

c Sinus, cum quo radii capitulum committitur.
d *Corona anterior.* Ossium examine.
fg Epiphysis inferior. f Processus styloïdes. g Capitulum, cum quo radius committitur.
h Spina acuta, in quam, qua radium spectat, desinit.

FIGURA TRIGESIMA PRIMA.

Eadem ulna à parte adversa.
a Olecranon.
b Sinus sigmoïdeus, quo cum rotula ossis humeri committitur.
c *Corona anterior.* Ossium examine.
ef Epiphysis inferior. e Capitulum, cum quo radius committitur. f Processus styloides.
g Spina acuta, in quam, qua radium spectat, desinit.

FIGURA TRIGESIMA SECUNDA.

Manus dextra ab exteriore parte.
a, a, a, a, a Digitorum ossa ordinis tertii, & pollicis ultimum. b Epiphysis superior, in omnibus.
c, c, c, c Digitorum ossa ordinis secundi. d Epiphysis superior, in omnibus.
e, e, e, e, e Pollicis digitorumque ossa ordinis primi. f Epiphysis superior, in omnibus.
g, g, g, g, g Ossa metacarpi. h Epiphysis inferior, in omnibus.
i, k, l, m, n, o, p, q Carpus. i Os multangulum majus. k Multangulum minus. l Capitatum. m Cuneiforme. n Naviculare. o Lunatum. p Triquetrum. q Subrotundum.

FIGURA TRIGESIMA TERTIA.

Carpus dexter ab interiore parte.
a b c d e f g Carpi ossium ordo secundus.
h i k l Ordo primus.
a b Os cuneiforme. b Processus unciformis.
c Capitatum.
d Multangulum minus.
e f g Multangulum majus. f Eminentia insignis, ad cujus interiorem partem g sinus est, in quo tendo radialis interni continetur.
h Naviculare.
i Lunatum.
k Triquetrum.
l Subrotundum.

FIGURA TRIGESIMA QUARTA.

Simiae carpus dexter, ex interiore parte.
a Os cuneiforme.

Digitized by Google

b Capitatum.
c Multangulum minus.
d Multangulum majus.
e *Sed instabunt & urgebunt, ut eis in homine ossiculum circa radicem magni digiti manus locatum ostendamus, quum Galenus de illo mentionem faciens renuerit, cum vetustioribus anatomicis id inter brachialis ossa numerare: Ego, ut verum ingenue fatear, id ossiculum, quod in simia perpetuo reperitur* e, *quodque semel aut bis tantum in homine videre potui, nescio utrum a Galeno ex propria, an ex antiquorum sententia (quod, ut jam monui, aequius est suspicari) introducatur.* Ossium examine.
f *Errare etiam se cognoscent, qui tam licenter Galenum interpretantur, aut potius ejus sensum pervertunt, si animadvertent, illum asseruisse, brachialis ossa nec plura, nec pauciora, quam octo esse posse, & id os* f, *quo simiae abundant, homo vero destituitur, non in prima brachialis acie esse locatum, sed tertio ejusdem aciei ossi incumbere, atque inter ea, quae indicem ac medium sustinent, se ipsum inserere.* Ossium examine.
g Naviculare.
h Lunatum.
i Triquetrum.
k Subrotundum.

FIGURA TRIGESIMA QUINTA.

Simiae carpus dexter idem, ab exteriore parte.
a Est e figurae XXXIV.
b Multangulum majus.
c Multangulum minus.
d Capitatum.
e Cuneiforme.
f Est f figurae XXXIV.
g Naviculare.
h Lunatum.
i Triquetrum.
k Subrotundum.

FIGURA TRIGESIMA SEXTA.

Carpus dexter ab exteriore parte.
abcd Carpi ossium ordo secundus.
efgh Ordo primus.
a Multangulum majus.
b Multangulum minus.
c Capitatum.
d Cuneiforme.
e Naviculare.
f Lunatum.
g Triquetrum.
h Subrotundum.

Digitized by Google

FIGURA TRIGESIMA SEPTIMA.

Manus dextra ſimiae, ex interiore parte.

In ſimia magnus digitus brevis, gracilis, & omnino ridiculus. Oſſium examine.

a, a, a, a, a Digitorum oſſa ordinis tertii, pollicisque ultimum.
b, b, b, b Digitorum oſſa ordinis ſecundi.
c, c, c, c, c Digitorum pollicisque oſſa ordinis primi.
d, d, d, d, d Oſſa metacarpi.
e, e, e, e, e Oſſicula ſeſamoïdea.

In ſimia & canibus multa occurrunt, & oſſea perpetuo ſunt, ſinguloque primo quatuor digitorum internodio, & ſecundo pollicis gemina ex illis fere ſemper adnectuntur. Oſſium examine.

f Carpi os cuneiforme.
g Capitatum.
h Multangulum minus.
i Multangulum majus.
k Eſt e figurae XXXIV.
l Naviculare.
m Eſt f figurae XXXIV.
n Lunatum.
o Triquetrum.
p Subrotundum.

F I N I S.

Pag. 245. *l.* 38. *pro* F:F *pone* DE:DE.

Digitized by Google

BIBLIOPEGO.

Tab. I. II. colloca è regione paginae 33.
III. IV. - - - - - - - - - - 39.
V. VI. - - - - - - - - - - 45.
VII. VIII. - - - - - - - - - - 49.

Sequentes è regione suae quamque linearis pone, ac sic unamquamque cum sua lineari colloca ante explicationem, quae ad eam pertinet.

Linearium geminarum n°. I. colloca ante n°. II. positu eodem.

AAN DEN BOEKBINDER.

Tab. I. II. moet gesteld werden tegen over pag. 33.
III. IV. - - - - - - - - - - - - - 39.
V. VI. - - - - - - - - - - - - - 45.
VII. VIII. - - - - - - - - - - - - 49.

De volgende moeten ieder met haare geletterde omtrekplaat geplaatst werden voor de explicatie, die tot haar behoord; in diervoegen, dat de omtrekplaat tegen over derzelver opgemaakte kome.

Van de dubbelde omtrekplaaten moet n°. I. voor n°. II. geplaatst, en op dezelve wyze als n°. II. gesteld werden.

Apud *Joannem* & *Hermannum Verbeek* prostant

Bernardi Siegfried Albini Historia musculorum hominis. Leidae 1734. 4°.

- - - - - - - - - - - - - Icones ossium foetus humani. Accedit osteogeniae brevis historia. Leid. 1737. 4°.

- - - - - - - - - - - - - Tabulae sceleti & musculorum corporis humani. Leid. 1747. forma atlant. maj.

- - - - - - - - - - - - - Tabulae VII. uteri mulieris gravidae, cum jam parturiret mortuae. Lugd. Bat. 1748. Et appendicis tab. I. 1751. forma atlant. maj.

- - - - - - - - - - - - - Tabulae ossium humanorum. Leid. 1753. forma atlant. maj.

- - - - - - - - - - - - - Tabula vasis chyliferi cum vena azyga, arteriis intercostalibus, aliisque vicinis partibus. Lugd. bat. 1757. forma atlant. maj.

- - - - - - - - - - - - - Academicarum annotationum lib. I. II. III. IV. V. 1754. 1755. 1756. 1758. 1761. 4°.

è TYPOGRAPHIA

DAMMEANA.

Digitized by Google

005661453

Digitized by Google

[redacted]zed by Google

Digitized by Google